διαπλὴν γὰρ οἶμαι δεῖν γενέσθαι τὴν θέαν. πολλάκις δὲ διὰ μέσης τῆς πομπῆς μετέβαλε τὰ ἐνίων σχήματα, οὐκ ἐῶσα ἐς τέλος διαπομπεῦσαι, ὡς ἐτάχθησαν, ἀλλὰ μεταμφιέσασα, τὸν μὲν Κροῖσον ἠνάγκασε τὴν τοῦ οἰκέτου καὶ αἰχμαλώτου σκευὴν ἀναλαβεῖν, τὸν δὲ Μαιάνδριον, τέως ἐν τοῖς οἰκέταις πομπεύοντα, τὴν Πολυκράτους τυραννίδα μετενέδυσε, καὶ μέχρι μέν τινος εἴασε χρῆσθαι τῷ σχήματι. ἐπειδὰν δ' ὁ τῆς πομπῆς καιρὸς παρέλθῃ, τηνικαῦτα ἕκαστος ἀποδοὺς τὴν σκευὴν, καὶ ἀποδυσάμενος τὸ σχῆμα μετὰ τοῦ σώματος, ὥσπερ ἦν πρὸ τοῦ, γίγνεται, μηδὲν τοῦ πλησίου διαφέρων. ἔνιοι δ' ὑπ' ἀγνωμοσύνης, ἐπειδὰν ἀπαιτῇ τὸν κόσμον ἐπιστᾶσα ἡ τύχη, ἄχθονταί γε, καὶ ἀγανακτοῦσιν, ὥσπερ οἰκείων τινῶν, στερισκόμενοι, καὶ οὐχ ἃ πρὸς ὀλίγον ἐχρήσαντο ἀποδιδόντες. οἶμαι δὲ καὶ τῶν σκηνῆς πολλάκις ἑωρακέναι τοὺς τραγικοὺς ὑποκριτὰς τούτους πρὸς τὰς χρείας τῶν δραμάτων, ἄρτι μὲν Κρέοντας, ἐνίοτε δὲ Πριάμους γιγνομένους, ἢ Ἀγαμέμνονας. καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ τύχοι, μικρὸν ἔμπροσθεν μάλα σεμνῶς, τὸ τοῦ Κέκροπος ἢ Ἐρεχθέως σχῆμα μιμησάμενος, μετ' ὀλίγον οἰκέτης προῆλθεν ὑπὸ τοῦ ποιητοῦ κεκελευσμένος, ἤδη δὲ πέρας ἔχοντος τοῦ δράματος, ἀποδυσάμενος ἕκαστον αὐτῶν τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην ἐσθῆτα, καὶ τὸ προσωπεῖον ἀποθέμενος, καὶ καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν, πένης καὶ ταπεινὸς περιέρχεται,

lum. Quin habitus quorundam plerumque in media quoque pompa demutat, neque perpetuo eodem sinit ordine cultuque progredi, quo prodierant, sed ornatu commutato, Crœsum quidem coëgit servi captivique vestes induere, Meandrium autem antè inter servos incedentem, Polycratis tyrannide ornat. Et aliquantisper quidem eo cultu permittit uti, verum ubi jam pompæ tempus præteriit apparatum quisque restituens, & cum corpore simul exutus amictu, qualis ante fuit, efficitur, nihilo à vicino differens. Quidam tamen ob inscitiam, cum suos fortuna cultus exigit, ægrè ferunt atque indignantur, tanquam propriis quibusdam bonis privati, ac non potius alienis, quibus paulisper utebantur, exuti. Quin in scena quoque vidisse te plerumque puto histriones istos tragicos, qui (ut fabulæ ratio poscit) modò Creontes, modò Priami fiunt, aut Agamemnones. Idemque (si sors tulerit) paulò antè tam graviter Cecropis aut Erechthei formam imitatus, paulò pòst servus, poeta jubente, progreditur. At cum fabulæ jam finis affuerit, quisque auratas illas vestes exutus, personam deponens, & descendens à crepidis, pauper atque humilis obambulat,

haud

ται, οὐκ ἔτ' Ἀγαμέμνων ὁ Ἀτρέως, οὐδὲ Κρέων ὁ Μενοικέως, ἀλλὰ Πῶλος Χαρικλέους σουνιεὺς ὀνομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεογείτονος μαραθώνιος. τοιαῦτα καὶ τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα ἐστιν, ὡς τότε μοι ὁρῶντι ἔδοξεν. Φιλ. Εἰπέ μοι ὦ Μένιππε, οἱ δὲ τοὺς πολυτελεῖς τούτους καὶ ὑψηλοὺς τάφους ἔχοντες ὑπὲρ γῆς, καὶ στήλας, καὶ εἰκόνας, καὶ ἐπιγράμματα οὐδὲν τιμιώτεροι παρ' αὐτοῖς εἰσι τῶν ἰδιωτῶν νεκρῶν; Μέν. Ληρεῖς ὦ οὗτος. εἰ γοῦν ἐθεάσω τὸν Μαυσωλὸν αὐτὸν, λέγω δὲ τὸν κᾶρα τὸν ἐκ τοῦ τάφου περιβόητον, εὖ οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν, οὕτω ταπεινῶς ἔρριπτο ἐν παραβύστῳ που, λανθάνων ἐν τῷ λοιπῷ δήμῳ τῶν νεκρῶν, ἐμοὶ δοκεῖν, τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. ἐπειδὰν γὰρ ὦ ἑταῖρε ὁ Αἰακὸς ἀπομετρήσῃ ἑκάστῳ τὸν τόπον, δίδωσι δὲ τὸ μέγιστον οὐ πλέον ποδὸς, ἀνάγκη ἀγαπῶντα κατακεῖσθαι, πρὸς μέτρον συνεσταλμένον. πολλῷ δ' ἂν, οἶμαι, μᾶλλον ἐγέλασας, εἰ ἐθεάσω τοὺς παρ' ἡμῖν βασιλέας καὶ σατράπας, πτωχεύοντας παρ' αὐτοῖς, καὶ ἤτοι ταριχοπωλοῦντας ὑπ' ἀπορίας, ἢ τὰ πρῶτα διδάσκοντας γράμματα, καὶ ὑπὸ τοῦ τυχόντος ὑβριζομένους, καὶ κόρρης παιομένους, ὥσπερ τῶν ἀνδραπόδων τὰ ἀτιμότατα. Φίλιππον γοῦν τὸν μακεδόνα ἐγὼ θεασάμενος, οὐδὲ κρατεῖν ἐμαυ-

haud amplius Agamemnon ille Atreo prognatus, aut Creon Menœcei filius Chariclei Suniensis, aut Satyrus filius Theogitonis Marathonius. Sic se mortalium res habent, quemadmodum mihi tum spectanti videbatur. PHILONID. Dic mihi Menippe, isti qui magnificos aliosque tumulos habent super terram, & columnas, imagines, titulos nihilone sunt apud inferos plebeis quibuslibet umbris honoratiores? MENIPP. Nugaris tu quidem. Nam si vidisses Mausolum, Carem illum dico, Pyramide celebrem, sat scio, nunquam videre desiisses, ita in antrum quoddam abstrusum despectim abjectus est in reliqua mortuorum turba delitescens. Hoc tantum commodi mihi videtur ex monumento referre, quod imposito tanto pondere laborat magis, & premitur. Nam cùm Æacus, ô amice, locum cuique metitur (dat autem cui plurimum haud amplius pedem) necesse est contentum decumbere, seseque ad loci modum contrahere. At vehementius multò risisses, opinor si reges hosce nostros satrapasque vidisses apud eos mendicantes, & aut salsamenta vendentes, aut primas ipsas literas urgente inopia profitentes, & quemadmodum contumeliis à quovis afficiantur, atque in faciem cædantur, perinde atque vilissima mancipia. Itaque Philippum Macedonem conspicatus, continere me certe non

τοῦ δυνατοῦ ἦν. ἐδείχθη δέ μοι ἐν γωνιδίῳ τινὶ, μισθοῦ ἀκούμενος τὰ σαθρὰ τῶν ὑποδημάτων. πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλους ἦν ἰδεῖν ἐν ταῖς τριόδοις μεταιτοῦντας. Ξέρξας λέγω, καὶ Δαρείους, καὶ Πολυκράτεις. ΦΙΛ. Ἄτοπα διηγῇ τὰ περὶ τῶν βασιλέων, καὶ μικροῦ δεῖν ἄπιστα. τί δὲ ὁ Σωκράτης ἔπραττε, καὶ Διογένης, καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν σοφῶν; ΜΕΝ. Ὁ μὲν Σωκράτης κἀκεῖ περιέρχεται διελέγχων ἅπαντας, σύνεστι δ' αὐτῷ Παλαμήδης καὶ Ὀδυσσεὺς καὶ Νέστωρ, καὶ εἴ τις ἄλλος λάλος νεκρός. ἔτι μέντοι ἐπεφύσητο αὐτῷ καὶ διῳδήκει ἐκ τῆς φαρμακοποσίας τὰ σκέλη. ὁ δὲ βέλτιστος Διογένης παροικεῖ μὲν Σαρδαναπάλῳ τῷ Ἀσσυρίῳ, καὶ Μίδᾳ τῷ Φρυγὶ, καὶ ἄλλοις τισὶ τῶν πολυτελῶν. ἀκούων δὲ οἰμωζόντων αὐτῶν, καὶ τὴν παλαιὰν τύχην ἀναμετρουμένων, γελᾷ τε, καὶ τέρπεται καὶ τὰ πολλὰ ὕπτιος κατακείμενος, ᾄδει μάλα τραχείᾳ καὶ ἀπηνεῖ τῇ φωνῇ, τὰς οἰμωγὰς αὐτῶν ἐπικαλύπτων, ὥστε ἀνιᾶσθαι τοὺς ἄνδρας καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν, οὐ φέροντας τὸν Διογένην. Φ. Ταυτὶ μὲν ἱκανῶς. τί δὲ τὸ ψήφισμα ἦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγες κεκυρῶσθαι κατὰ τῶν πλουσίων; Μ. Εὖ γε ὑπέμνησας. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως περὶ τούτου λέγειν προθέμενος, πάμπολυ ἀπεπλανήθην τοῦ λόγου, διατρίβοντος γάρ μου παρ' αὐτοῖς, προὔθεσαν οἱ πρυτάνεις ἐκκλησίαν περὶ τῶν κοινῇ συμφερόντων ἰδὼν οὖν πολλοὺς συνθέοντας,

ἀναμίξας

non potui: ostensus est mihi in angulo quodam: detritos calceos mercede resarciens. Quin alios praeterea multos erat videre mendicantes in triviis, Xerxes videlicet, Darius, ac Polycrates. PHILON. Admiranda narras ista de regibus, peneque incredibilia. Socrates autem quid facit ac Diogenes, & si quis est sapiens alius? ME. Socrates profectò etiam ibi obversatur, omnesque redarguit, versantur autem cum illo Palamedes, & Ulysses & Nestor, & si quis alius loquax mortuus. Adhuc equidem inflata sunt illi, & intumescunt exhausto veneno crura. At optimus Diogenes Sardanapalo vicinus Assyrio, Medaque Phrygio, atque aliis item pluribus ex istorum sumptuosorum numero manet, quos cum ejulantes audit, veteris fortunæ magnitudinem recogitantes, ridet & delectatur, ac supinus cubans ut plurimum cantat, aspera nimis atque injucunda voce illorum ejulatus obscurans, adeo ut id ægrè ferentes, nec Diogenem ferre valentes, de mutanda sede deliberent. PHIL. De his jam satis quidem, cæterum quod nam illud decretum est, quod initio dixeras adversus divites esse sancitum? MEN. Benè admones, nescio enim quo pacto, cùm hac de re dicere proposuissem, ab instituto sermone procul aberravi. Dum igitur ibi versabar, magistratus concionem advocaverunt his videlicet de rebus, quæ in commune conducerent. Conspiciens ergo

ἀναμίξας ἐμαυτὸν τοῖς νεκροῖς, εὐθὺς εἷς καὶ αὐτὸς ἦν τῶν ἐκκλησιαστῶν. διῳκήθη μὲν οὖν καὶ ἄλλα, τελευταῖον δὲ τὸ περὶ τῶν πλουσίων· ἐπεὶ γὰρ αὐτῶν κατηγόρητο πολλὰ καὶ δεινά, βία καὶ ἀλαζονεία, καὶ ὑπεροψία καὶ ἀδικία, τέλος ἀναστάς τις τῶν δημαγωγῶν ἀνέγνω ψήφισμα τοιοῦτο.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἐπειδὴ πολλὰ καὶ παράνομα οἱ πλούσιοι δρῶσι παρὰ τὸν βίον, ἁρπάζοντες καὶ βιαζόμενοι, καὶ πάντα τρόπον τῶν πενήτων καταφρονοῦντες, δέδοχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ, ἐπειδὰν ἀποθάνωσι, τὰ μὲν σώματα αὐτῶν κολάζεσθαι, καθάπερ καὶ τὰ τῶν ἄλλων πονηρῶν, τὰς δὲ ψυχὰς ἀναπεμφθείσας ἄνω ἐς τὸν βίον, καταδύεσθαι ἐς τοὺς ὄνους, ἄχρις ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ διαγάγωσι μυριάδας ἐτῶν πέντε καὶ εἴκοσιν, ὄνοι ἐξ ὄνων γιγνόμενοι, καὶ ἀχθοφοροῦντες, καὶ ὑπὸ τῶν πενήτων ἐλαυνόμενοι τοὐντεῦθεν δὲ λοιπὸν ἐξεῖναι αὐτοῖς ἀποθανεῖν. εἶπε τὴν γνώμην Κρανίων Σκελετίωνος, Νεκυσιεύς, φυλῆς Ἀλιβαντιάδος. τούτου ἀναγνωσθέντος τοῦ ψηφίσματος, ἐπεψήφισαν μὲν αἱ ἀρχαί, ἐπεχειροτόνησε δὲ τὸ πλῆθος, καὶ ἐνεβριμήσατο ἡ Βριμώ, καὶ ὑλάκτησεν ὁ Κέρβερος· οὕτω γὰρ ἐντελῆ γίγνεται, καὶ κύρια, τὰ ἀνεγνωσμένα. ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν ἐκκλησίᾳ.

ἐγὼ

ergo multos concurrere, commiſcens meipſum mortuis, ſtatim & ipſe unus eram de numero eorum, qui in concione adderant. Agitata ſunt igitur & alia multa: poſtremo vero de divitibus negotium. In quos poſteaquam plurima fuiſſent objecta, violentia, ſuperbia, faſtus, injuriæ, aſſurgens tandem ex populo primas quidam hujuſmodi decretum legit.

DECRETVM.

QUONIAM, inquit, multa divites perpetrant in vita, rapientes ac vim inferentes, inopeſque omni modo deſpectui habentes, viſum eſt Senatui populoque, ut cum functi vita fuerint, corpora quidem eorum pœnas cum aliis ſceleratorum corporibus luant, animæ verò ſurſum remiſſæ in vitam, in aſinos demigrent, donec in tali rerum ſtatu quinquies ac vicies decem annorum millia tranſegerint, aſini ſemper ex aſinis renati, onera ferentes, atque à pauperibus agitati: deinde ut liceat illis è vita excedere. Hanc ſententiam dixit Calvarius patre Aridello, patria Manicenſis, tribu Alibantiade. Hoc recitato decreto, approbaverunt principes, ſcivit plebs, adfremuit Proſerpina, allatravit Cerberus. Sic enim rata, quæ inferi ſtatuunt, authenticaque fiunt. Quæ igitur in concione agebantur, erant hujuſmodi. Tum ego ſtatim, cujus

ἐγὼ δ' οὗπερ ἀφίγμην ἕνεκα, τῷ Τειρεσίᾳ προσελθὼν, ἱκέτευον αὐτὸν τὰ πάντα διηγησάμενος, εἰπεῖν πρός με, ποῖόν τινα ἡγεῖτο τὸν ἄριστον βίον. ὁ δὲ γελάσας, ἔστι δὲ τυφλόν τι γερόντιον καὶ ὠχρὸν, καὶ λεπτόφωνον, ὦ τέκνον φησὶ, τὴν μὲν αἰτίαν οἶδά σου τῆς ἀπορίας, ὅτι παρὰ τῶν σοφῶν ἐγένετο, οὐ ταὐτὰ γιγνωσκόντων ἑαυτοῖς. ἀτὰρ οὐ θέμις λέγειν πρὸς σε, ἀπείρηται γὰρ ὑπὸ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. μηδαμῶς, ἔφην, ὦ πατέριον, ἀλλ' εἰπὲ, καὶ μὴ περιίδῃς με σοῦ τυφλότερον περιιόντα ἐν τῷ βίῳ. ὁ δὲ, δή με ἀπαγαγὼν, καὶ πολὺ τῶν ἄλλων ἀποσπάσας, ἠρέμα προσκύψας πρὸς τὸ οὖς φησιν, ὁ τῶν ἰδιωτῶν ἄριστος βίος καὶ σωφρονέστερος, ὡς τῆς ἀφροσύνης παυσάμενος τοῦ μετεωρολογεῖν, καὶ τέλη καὶ ἀρχὰς ἐπισκοπεῖν, καὶ καταπτύσας τῶν σοφῶν τούτων συλλογισμῶν, καὶ τὰ τοιαῦτα λῆρον ἡγησάμενος τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος θηράσῃ, ὅπως τὸ παρὸν εὖ θέμενος, παραδράμῃς γελῶν τὰ πολλὰ, καὶ περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς. ὡς εἰπὼν, πάλιν ὥρτο κατ' Ἀσφοδελὸν λειμῶνα, ἐγὼ δὲ, καὶ γὰρ ἤδη ὀψὲ ἦν, ἄγε δὴ ὦ Μιθροβαρζάνη, φημὶ, τί διαμέλλομεν, καὶ οὐκ ἄπιμεν αὖθις ἐς τὸν βίον; ὁ δὲ πρὸς ταῦτα, θάῤῥει φησὶν ὦ Μένιππε, ταχεῖαν γάρ σοι καὶ ἀπράγμονα ὑποδείξω ἀτραπὸν. καὶ δὴ ἀπαγαγών με πρός τι χωρίον τοῦ ἄλλου ζοφο-

gratia veneram, Tiresiam adeo, atque illi re, uti erat, ordine narrata, supplicavi, ut mihi diceret, quodnam optimum vitæ genus putaret. Hic vero subridens (est autem seniculus quispiam cæcus, pallidus, voce gracili) ô fili inquit, caussam tuæ perplexitatis scio à sapientibus istis profectam, haudquaquam idem invicem iisdem de rebus sentientibus, verum haud fas est id tibi proloqui, siquidem Rhadamantibus interdixit. Nequaquam, inquam, ô patercule, sed dic amabo, neque me contemnas, qui in vita etiam ipso cæcior oberro. Abducens ergo me, procul ab aliis auferens, ad aures mihi inclinans, Optima est, inquit, idiotarum privatorumque vita, ac prudentior. Ideo ab insipientia cessans alta cogitandi, & fines & principia inspiciendi, & vafros hosce syllogismos despuens, atque id genus omnia nugas æstimans, hoc solum in tota vita persequere, ut præsentibus bene compositis minime curiosus, nulla re sollicitus, quam plurimum potes, hilaris vitam ridensque traducas. Hæc cum dixisset, rursus in asphodelorum pratum sese corripuit. Ego igitur (nam & nunc vesper erat) age, inquam, ô Mithrobarzane, quid cunctamur? ac non hinc rursus abimus in vitam? Ad hæc ille, Confide, inquit, ô Menippe, brevem quippe facilemq; tibi monstrabo semitam, & me protinus abducens in regionem quandam magis

ρώτερον δείξας τῇ χειρὶ πόρρωθεν ἀμαυρόν τι καὶ λεπτὸν ὥσπερ διὰ κλειθρίας ἐσρέον, φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐστὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Τροφωνίου, κἀκεῖθεν κατέρχονται οἱ ἀπὸ Βοιωτίας, ταύτην οὖν ἄνιθι, καὶ εὐθὺς ἔσῃ ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἡσθεὶς δὲ τοῖς εἰρημένοις ἐγὼ, καὶ τὸν μάγον ἀσπασάμενος, χαλεπῶς μάλα διὰ τοῦ στομίου ἀνερπύσας, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐν Λεβαδείᾳ γίγνομαι.

ΧΑΡΩΝ, ἢ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥΝΤΕΣ.

ΕΡΜΗΣ.

Τί γελᾷς ὦ Χάρων; ἢ τί τὸ πορθμεῖον ἀπολιπὼν, δεῦρο ἀνελήλυθας ἐς τὴν παροῦσαν ἡμέραν, οὐ πάνυ εἰωθὼς ἐπιχωριάζειν τοῖς ἄνω πράγμασι; Χα. Ἐπεθύμησα ὦ Ἑρμῆ, ἰδεῖν ὁποῖά ἐστι τὰ ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἃ πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι ἐν αὐτῷ, ἢ τίνων στερούμενοι, πάντες οἰμώζουσι κατιόντες παρ' ἡμᾶς. οὐδεὶς γὰρ αὐτῶν ἀδακρυτὶ διέπλευσεν. αἰτησάμενος οὖν παρὰ τοῦ ᾅδου καὶ αὐτὸς ὥσπερ καὶ ὁ θετταλὸς ἐκεῖνος νεανίσκος, μίαν ἡμέραν λιπόνεως γενέσθαι, ἀνελήλυθα ἐς τὸ φῶς καί μοι δοκῶ ἐς δέον ἐντετυχηκέναι σοι. ξεναγήσεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι με ξυμπερινοστῶν, καὶ δείξεις ἕκαστα, ὡς ἂν εἰδὼς ἅπαντα.

piore tenebricosam, manu procul ostendens subobscurum tenueque, ac velut per rimam influens lumen, illud, inquit, Trophonii templum est, atque illac ad inferos è Bœotia descenditur, hac ascendes atque illico eris in Græcia. Ego igitur hoc sermone gavisus, salutato Mago, difficile admodum per angustias antri faucis sursum repens nescio quo pacto in Lebadiam perveni.

CHARON, sive CONTEMPLANTES,

MERCURIUS.

QVid rides, ô Charon? aut quid deserto navigio in hanc lucem advenisti, non admodum assuetus Superûm rebus interesse? CHAR. Cupido me cepit, O Mercuri, videndi, & quænam in vita gerantur negotia, & quibus studiis teneamur: tum etiam quibus bonis exuti plorent omnes ubi ad nos descenderint. Neque enim mox ipsis quisquam citra lachrymas trajecit. Quare exemplo illius Thessali adolescentis commeatu à Dite impetrato, ut unũ saltem diem à nave abesse liceret, in lucẽ ascendi ac mihi videor in ipso planè tempore in te incidisse. Nã peregrinus cum sim, sat scio te non gravari, quin obambulando me ducas, singulaq; demonstres, ut qui universa jam habeas comperta. M. Non est

Ἑρμ. Οὐ σχολή μοι, ὦ πορθμεῦ. ἀπέρχομαι γάρ τι διακονησόμενος τῷ ἄνω Διὶ τῶν ἀνθρωπικῶν. ὁ δὲ ὀξύθυμός τέ ἐστι καὶ δέδια μὴ βραδύναντά με, ὅλον ὑμέτερον ἐάσῃ εἶναι, παραδοὺς τῷ ζόφῳ ἢ ὅπερ τὸν Ἥφαιστον πρῴην ἐποίησε, ῥίψῃ καμὲ τεταγὼν τοῦ ποδὸς ἀπὸ τοῦ θεσπεσίου βηλοῦ, ὡς ὑποσκάζων, γέλωτα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν. Χ. Περιόψει οὖν με ἄλλως πλανώμενον ὑπὲρ γῆς, καὶ ταῦτα, ἑταῖρος καὶ ξύμπλους καὶ συνδιάκτορος ὤν; καὶ μὴν καλῶς εἶχεν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν σε μεμνῆσθαι, ὅτι μηδεπώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρόσκωπον εἶναι. ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθεὶς, ὤμους οὕτω καρτεροὺς ἔχων. ἢ, εἴ τινα ἄλλον νεκρὸν εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον τὸν πλοῦν διαλέγῃ. ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν τὴν δικωπίαν ἕλκων, ἐρέττω μόνος. ἀλλὰ πρὸς τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατον Ἑρμήδιον, μὴ καταλίπῃς με, περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι. ὡς ἤν με σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω. καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονταί τε διολισθαίνοντες ἐν τῷ σκότῳ, οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δὸς, ὦ Κυλλήνιε, μοι ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ τὴν χάριν. Ε. Τοῦτο τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι. ὁρῶ γοῦν

ἤδη

tium ô portitor. Nã ab eo jam nunc negotium quoddã quod ad mortaliũ statum pertinet, à Iove summo datum, expediturus. Ille autẽ ad iracundiam propensior est, ut plane verear, ne cunctantem me vel totũ vestræ sortis esse permittat, caligini videlicet addictum: vel quemadmodum super Vulcanũ, ita & me correpto pede è summo dejiciat cœlo, nimirum quo & ipse pollicatorum munere fungens, claudicando risus moveam. CH. Despicies ergo me temere & indecore in terra oberrantem, præsertim amicus & navigationis socius, tum & nostræ Reip. ex parte legatus? Atqui conveniret, ô Maiæ proles, illorũ te etiamnũ meminisse, quod te vel sentinam exhaurire, vel remum agitare ne unquã quidem jusserim. Quin tu interim, quanquam adeo robustus es humeris, in navigii dorso porrectus stertis, aut si quam forte ex umbris loquacem offenderis, cum inter navigandum perpetuò consabularis. Ego vero quantumvis senex remigium agens duplex solus remigo. At te patrem obsecro ô charissime Merculiole, ne me deseras, sed ut novo aliquo conspectu redeam, indica quænam in vita geruntur. Quod si tu me neglexeris, nihil plane ab ipsis cæcis differre videbor. Vt enim illi lubrico gressu per caligenem titubant, ita rursus ego ad lucem tibi hallucinabor: quin tu hanc mihi das gratiam, ô Cyllenie, perpetuo memori futuro. MER. Hæc profectò res verberum mihi caussa existet, adeo

ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόλουθον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον. ὑπουργητέον δὲ ὅμως. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; πάντα μὲν οὖν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἀμήχανόν ἐστιν ὦ πορθμεῦ. πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο. εἶτα ἐμὲ μὲν ἀποκηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα ὑπὸ τοῦ Διός. σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα καὶ τὴν τοῦ Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, μὴ νεκραγωγοῦντα πολλοῦ τοῦ χρόνου. καὶ ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ' ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων ἴδῃς, τοῦτ' ἤδη σκεπτέον. Χα. Αὐτὸς ὦ Ἑρμῆ ἐπινόει τὸ βέλτιστον. ἐγὼ δὲ οὐδὲν οἶδα τῶν ὑπὲρ γῆς, ξένος ὤν. Ερμ. Τὸ μὲν ὅλον ὦ Χάρων, ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἔδει χωρίου, ὡς ἀπ' ἐκείνου πάντ' ἴδοις. σοὶ δὲ εἰ μὲν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν. ἐκ περιωπῆς γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἅπαντα καθεώρας. ἐπεὶ δὲ οὐ θέμις εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ἐπιβατεύειν τῶν βασιλείων τοῦ Διός, ὥρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος περισκοπεῖν. Χα. Οἶσθα ὦ Ἑρμῆ ἅπερ εἴωθα λέγειν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν, πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ,

τότε

ut jam hinc commonstrationis hujus merce-
dem non sine tuberibus nobis fore prospiciam :
obsequendum tamen. Quid enim facias ubi
amicorum quispiam imperat? Principio ergo
ut omnia singulatim & examussim conspicias,
frustra laboras, ô portitor ; nam hoc multorum
annorum fuerit negotium : deinde me denun-
ciari oportebit tanquam transfugam à Iove.
Tibi vero quo minus mortis munia peragere
posses fuerit impedimento : neque non Ditis im-
perio detraxerit, cum videlicet longo adeò
tempore umbras adveheres nullas. Postremò &
Aeacus, qui portorio colligendo profectus est,
stomachabitur ; ut qui tanto tempore ne obo-
lum quidem lucrifecerit. Verum qua via ipsa
rerum capita videre possis, jam consilium erit
nobis captandũ. CH. Ipse, ô Mercuri, quid optimũ factũ fuerit videris: ego vero peregrinus cũ
sim in terra, quid rerum hic agatur, nescio. MER.
Breviter, ô Charon, editiore aliquo loco opus e-
rit, ut inde cuncta queas prospicere. Caeterum si
in coelum subvolare tibi foret facultas, non labo-
rarẽ, nam inde quasi ex specula omnia despice-
res accuratè. Cùm autem tibi, cui semper cum
mortuorũ simulachris commercium est, in Iovis
regiã ascendere minimè liceat, jam tempus fue-
rit excelsum aliquem montem disquirere. CH.
Nosti, ô Mercuri, quae ad vos inter navigandum
dicere consueverim? Siquidem ubi & procellosus
ventorum flatus obliquo velo incubuerit, ut sub-

τότε ὑμεῖς μὴ ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ πνεύματι. ἐγὼ δὲ, τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι τὰ βελτίω. κατὰ ταῦτα δὴ καὶ σὺ πρᾶττε, ὁπόσα καλῶς ἔχειν νομίζεις κυβερνήτης νῦν γε ὤν. ἐγὼ δὲ ὥσπερ ἐπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι. Ερ. Ορθῶς λέγεις. αὐτὸς γὰρ εἴσομαι τί ποιητέον, καὶ ἐξευρήσω τὴν ἱκανὴν σκοπήν. ἆρ' οὖν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ολυμπος ἐκεινοσί; καί τοι οὐ φαῦλόν τι ἀνεμνήσθην ἐς τὴν Ολυμπον ἀπιδών. συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ. Χαρ. Πρόσταττε. ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά. Ερμ. Ομηρος ὁ ποιητής φησι τοὺς Αλωέως υἱεῖς δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἔτι παῖδας ἐθελῆσαί ποτε τὸν Οσσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαντας, ἐπιθεῖναι τῷ Ολύμπῳ· εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ' αὐτῇ, ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους καὶ πρόσβασιν πρὸς τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω, ἀτασθάλω γὰρ ἤστην, δίκας ἐπισάτην. νὼ δὲ οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν ταῦτα βουλευόμεθα, τί οὐχὶ οἰκοδομοῦμεν καὶ αὐτοὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπικυλινδοῦντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τὴν σκοπήν;

sime tollatur fluctus, ibi vos, quæ est vestra imperitia, jubetis vel velum contrahere, vel pedem paulisper accommodare, vel etiam ipsius venti cursum sectari. At ego quietem vos agere jubeo: ego enim, quid optimum sit, non ignoro. Eodem ergo modo & tu, cũ sis gubernator, quæ tibi convenire visa fuerint, facito. Ego vero ut est vectorum conditio, tacitus sedebo per omnia tibi jubenti obsecundans. MERC. Recte admones, ô Charon, ipse enim quid facto opus sit sciero, ac speculam nobis idoneam invenero. Num ergo Caucasus idoneus, aut hic altior Parnassus aut utroque eminentior Olympus ille? Atqui in Olympum mihi intuenti non contemnendi cujusdam consilii in mentem venit. Verum ad hanc rem tuo & labore & obsequio pariter erit opus. CHAR. Tuum ergo fuerit imperare, ô Mercuri: Equidem pro mea virili in omnibus parere conabor. MER. Homerus Poëta dicit, Aloei filios, cum & ipsi duo essent adhæc pueri, statuisse olim unà cum radicibus Ossam evulsam Olympo superimponere: deinde & huic Pelion, quod arbitrarentur hoc pacto sufficientem se gradum & ascensum in cœlum habituros. Verum hi adolescentuli, cum impii essent, audaciæ suæ pœnas dederunt: nos autem qui hæc in Deorum injuriam minimè molimur, cur non & ipsi eadem via ædificamus mõtem monti adglomerando? quo videlicet excelsiorem & commodiorem habeamus prospectum.

Χ. Καὶ δυνησόμεθα ὦ Ἑρμῆ δύ' ὄντες ἀναθέσθαι, ἀράμενοι τὸ Πήλιον ἢ τὴν Ὄσαν; Ερ. Διὰ τί δ' οὐκ ἂν ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τοῖν βρεφυλλίοιν ἐκείνοιν; καὶ ταῦτα, θεοὺς ὑπάρχοντας. Χά. Οὐκ ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν. Ε. Εἰκότως ἰδιώτης γὰρ εἶ ὦ Χάρων, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γεννάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανόν, οὕτω ῥαδίως συνθεὶς τὰ ὄρη καὶ θαυμάζω εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ, τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τὸν πόλον αὐτὸν εἷς ὢν φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δὲ ἴσως καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πέρι, τοῦ Ἡρακλέους, ὡς διαδέξαιτό ποτε αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα καὶ ἀναπαύσειε πρὸς ὀλίγον τοῦ ἄχθους, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ; Χ. Ἀκούω ταῦτα. εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἂν ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδεῖτε. Ε. ἀληθέστατα ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσαν πρῶτον, ὥσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος καὶ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος. Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον. ὁρᾷς, ὅπως ῥαδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς ἐξειργασάμεθα; φέρε οὖν ἀναβὰς ἴδω, ἢ καὶ ταῦτα ἱκανά, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει. Παπαί. κάτω ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ οὐρανοῦ. ἀπὸ μὲν

γὰρ

ſtum. CHAR. *Et duobus nobis, ô Mercuri, vires ſufficerint ad loco movendum vel Pelion, vel etiam Oſſam?* MERC. *Quidni, ô Charon? an tu nos abjectiores, magiſque imbecilles infantulis iſtis judicas, maximè cùm ſimus Dii?* CHARON. *Nequaquam, ſed res ipſa incredibilem quandam magnifici operis oſtentationem continere videtur.* MERCVR. *Non injuria, imperitus enim es, & in elegantia poetica minimè verſatus. At egregius Homerus duobus ſtatim verſibus acceſſum nobis paravit in cœlum, adeò facilè congeſtis montibus. Porrò admiror hæc tibi prodigioſa videri, cùm tamen Atlanta non ignoras, qui vel ſolus cœlum ipſum fert, universos nos ſuſtinens. Sed & de fratre meo Hercule fortè audiſti, quomodo ipſi illi Atlanti in officium ſucceſſerit, ipſeque ſe oneri tantiſper, dum ille interquieſceret, ſuppoſuerit.* CHAR. *Audio ſane hujuſmodi: an autem vera ſint, tu & poetæ videritis.* MERCVR. *Veriſſima, ô Charon, alioqui cujus gratia viri illi ſapientes ementirentur? Itaque primùm Oſſam vectibus eruamus, quemadmodum carmen præſcribit & ipſe architectus Homerus: at ſuper Oſſam Pelion arboribus denſum. Vides, quàm citra negotium pariter, & quàm poeticè effecerimus? Age hac mole conſcenſa diſpiciam, num aut hæc faciant ſatis, aut plura ſuperſtruere oporteat. Papæ: quid hoc? Hæremus adhuc ipſa cœli radi-*

γὰρ τῶν ἑώων, μόγις Ἰωνία καὶ Λυδία φαίνεται, ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας, οὐ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας. ἀπὸ δὲ τῶν ἄρκτων, τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα. κἀκεῖθεν ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς, μετακινητέα ἡμῖν ὦ πορθμεῦ καὶ ἡ Οἴτη ὡς ἔοικεν. εἶτα ὁ Παρνασσὸς ἐπὶ πᾶσιν. Χ. Οὕτω ποιῶμεν, ὅρα μόνον μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον, ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ εἶτα συγκαταρριφθέντες αὐτῷ πικρᾶς τῆς Ὁμήρου οἰκοδομητικῆς πειραθῶμεν, ξυντριβέντες τῶν κρανίων. Ερ. Θάρρει· ἀσφαλῶς γὰρ ἕξει ἅπαντα, μετατίθει τὴν Οἴτην, ἐπικυλινδείσθω καὶ ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ ἐπάνειμι αὖθις, εὖ ἔχει, πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ. Χάρ. Ὄρεξον ὦ Ἑρμῆ τὴν χεῖρα. οὐ γὰρ ἐπὶ μικράν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις. Ερ. Εἴ γε καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις ὦ Χάρων ἅπαντα. οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι ἀλλ' ἔχου μου τῆς δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν. εὖ γε ἀνελήλυθας καὶ σύ. καὶ ἐπείπερ δικόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι, καθεζώμεθα σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα. Χάρ. Ὁρῶ γῆν πολλὴν καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιρρέουσαν,

ρέουσαν,

ea. Etenim ab oriente sole vix Ionia & Lydia conspiciuntur : Ab occidente verò non amplius quam Italia & Sicilia. Porrò à Septentrione ea solum, quæ Istro adjacent, apparent. Illinc autem Creta : neq; hæc admodum apertè. Quare, sicuti videtur, & Oetam transponere oportet, postremò omnibus superimponendus Parnassus. CH. Sic faciamus. At hoc solum vide, ne plus æquo attenuando opus ipsum tenuius fragiliusq; reddamus, ita ut tandem unà cum ipsa mole deturbati, Homericam illam ædificandi rationem nimis amaram experiamur, nimirum calvariis ex casu perfractis. MER. Bono animo es, ô Charon, res omnis in vado erit, tu Oetã transpone, advolvatur & Parnassus. En iterum conscendam, benè habet, cuncta jam conspicio : & tu nunc ascende. CH. Manum mihi porrige, ô Mercuri, neq; enim parvam ac humilem molem me facis ascendere. MER. Si singula contueri gestis, ô Charon, discrimini te committas oportet. Non enim ita comparatum est, ut simul extra periculum sis constitutus, & tamen, quæ cupis liceat spectare. Verum hac mea dextra nitere, ac pedetentim scandendo, ne in lubrico pedem figas, cave. Nunc omni ex parte res benè se habent, cum & tu superaris. Iam vero quoniam bicipiti vertice prominet Parnassus, uterq; altero occupato consideamus. Tu autem nunc oculis in orbem ductis intuere universa. CHAR. Terram video amplam, ac paludem quandam

ῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμοὺς, τοῦ Κωκυτοῦ, καὶ Πυειφλεγέθοντος μείζονας, καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικροὺς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν. Ερμ. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις. Χάρ. Οἶσθα ὦ Ερμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. Ερμ. Οπῃ; Χάρ. Οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ ἐβουλόμην δ' οὐ πόλεις, καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥσπερ ἐν γραφαῖς ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσιν, ὥσπερ ὅτε με τὸ πρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι γελῴην ἀκούσας γάρ τινος ἥσθην ἐς ὑπερβολήν. Ερμ. Τί δὲ τοῦτ' ἦν; Χάρ. Επὶ δεῖπνον οἶμαι κληθεὶς ὑπό τινος τῶν φίλων, ἐς τὴν ὑστεραίαν μάλιστα ἥξω ἔφη, καὶ μεταξὺ λέγοντος ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν οὐκ ἐπιτελέσαντος τὴν ὑπόσχεσιν· ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι καὶ ἀκούοιμι. Ερ. Εχ' ἀτρέμας· καὶ τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἰάσομαί σοι, καὶ ὀξυδερκέστατον ἐν βραχεῖ ἀποφανῶ, παρ' Ομήρου τινὰ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών. κἀπειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνη-

σο

quandam ingentem, quæ undiq; terram circumfluit. Tum montes ac fluvios & Cocyto, & Phlegetonte ampliores Ad hæc homines admodum exiles, & horum nidulos quosdam. MER. Vrbes illæ sunt, quos tu nidos arbitraris. CHAR. Vides, quàm nihil nobis tanto labore sit effectum? quin frustra sede movimus Parnassum unà cum Castalio, tum & Oetam, cæterosq; montes omnes. MER. Quid ita? CH. Equidem è sublimi exactè despicio nihil. Desiderium autem erat non urbes solum, neq; montes ipsos tanquam in tabula depictos intueri, verũ & homines ipsos, tum quæ faciant, quæque loquantur exaudire haud secus ac prius, cùm tu obvius mihi factus ridentem conspiceres, ac quidnam riderem, percunctareris. Nam cum ridiculum quiddam audirem, mirum in modum delectabar. MER. Quidnam hoc erat. CHA. Cum quidam ab amicorum quopiam ad cœnam, opinor, vocatus esset, in posterum, inquit, diem veniam maxime. Atq; interim dum hæc diceret tegula quædam, nescio quò deturbante, à tecto in caput huic irruens, ipsum necavit. Risi ergo hominem ut qui promissa minime præstaret. Sed & nunc quo magis audiam, magisque videam, descendendum mihi censeo MERCVR. Quietus sis. Nam & huic malo remedium invenero, atque incantatione quadam ab Homero accepta videndi aciem acutissimam tibi vel brevi reddidero. At postea quam pronunciavero

σου, μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα ὁρᾶν. Χάρ. Λέγε μόνον. Ἑρμ.

Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἕλον
ἣ πρὶν ἐπῆεν
ὄφρ' εὖ γιγνώσκῃς ἠμὲν θεὸν ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

Χάρ. Τί ἐστιν; Ἑρμ. Ἤδη ὁρᾷς; Χα. Ὑπερφυῶς γε. τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ προσδίδασκέ με, καὶ ἀποκρίνου ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε, ὡς μάθῃς οὐδ' αὐτὸν ἀμελῆ ὄντα με τοῦ Ὁμήρου; Ε. καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν; Χ. Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψῳδοῦντος ἀκούσας, ἐνίων ἔτι μέμνημαι. καίτοι χειμὼν ἡμᾶς οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν, ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὀρόθυνε, καὶ ἄλλα πολλὰ κυκῶν τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν, ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν. ὅπερ καὶ ναυ-

πάσας

tiavero carmina ipsa, memor sis non amplius hallucinari, verum aperte cuncta intueri. CH. Dic solum MER.

Dimovi nubem, visum quæ texerat antè,
Ut tandē agnoscas qui sint hominesve Divi.

CHAR. Quid est? MER. Annon jam vides? CHAR. Mirum in modum, cæcus sanè Lynceus ille, si mecum componatur. Itaque deinceps hoc primum me velim doceas, mihiq; percunctanti respondeas. Sed heus tu, vin' & ipsum me Homericis versibus tecum agere, quo videlicet intelligas, neque ipsum me ab Homeri elegantia abhorrere? MER. Unde tu, quæso, illius aliquid scire posses, nauta cum sis, & cum remis rem habeas? CHAR. Vides, opprobria sunt hæc in artem. At ego cum illum vita jam functum trajicerem, multa carmina recitantem audivi, quorum nonnulla adhuc in memoria hærent. Porrò tempestas non mediocris tum nobis incubuit. Etenim posteaquam cantilenam quandam navigantibus non admodum prosperam neque salutarem fuisset auspicatus, carminum vi impulsus Neptunus, & nubes convocavit, atque tridente velut toryna (instrumento, quo in olla aliquid teritur & agitatur inter coquendum) injecto, cum fluctuum procellas excitavit, tum aliis multis turbis universum miscebat mare, adeo ut parum abfuerit, quin tempestas, quæ una tum densa caligine imminebat, navem nobis subvertisset. Tum ergo & ille

τιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τὰς ῥαψῳδίας τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι. Ερμ. Οὐ χαλεπὸν οὖν ἦν ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γοῦν διαφυλάττειν. Χαρ. Εἰπὲ γάρ μοι.

Τίς γὰρ ὅδ' ἐστὶ παχύς τε ἀνὴρ ἠΰς τε μέγας τε,
Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους.

Ερμ. Μίλων οὗτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ἐπικροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀράμενος φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου. Χαρ Καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμὲ ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι ἐς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς τοῦ θανάτου, μηδὲ ξυνεὶς ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει· κᾆτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδὴ μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου. νῦν δὲ μέγα φρονεῖ θαυμαζόμενος περὶ τῇ τοῦ ταύρου φορᾷ. τί οὖν οἰηθῶμεν, ἆρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; Ε. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ; Χ Ἔα τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ, μηδὲ ἐμπίδα, οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ, τίς τε ἄρ' ὅδ'

ἄλλος

ille nauseabundus bonam carminum partem Scyllæ & Charybdi evomuit, sed & Cyclopi. Mer. *Non ergo difficile fuit ex tanto vomitu paucula aliqua reservare.* Ch. *At dic mihi:*

Crassus & ille quis est vir magnus conspicuusque,
Vertice sublimi atque humeris latissimus amplis.

Me. *Milo Crotoniata hic est athleta, applaudunt autẽ ei Græci, quod taurũ sublatum solum per medium ferat stadium.* Ch. *At quanto justiori caussa, ô Mercuri, ipsum me laudibus veherent, qui paulo post ipsum tibi Milonem, quantus est, correptum in naviculã imponam: nempe ubi à morte invictissimo adversario lucta superatus ad nos venerit, quando nec ipse plane intelliget qua crucis implicandi ratione sit dejectus. Tum profecto nobis plorabit recordatus & harum coronarum, & hujus applausus. Nunc autem quia, propterea quod taurum gestarit, est admirationi, grandia sapit, ac mirifice sibi placet. Quid ergo de ipso arbitrabimur? Num quod mortem etiam aliquando sibi imminere speret?* Merc. *Quid? ille mortis recordaretur in tanto flore?* Cha. *Missum hunc fac, ô Mercuri, risum nobis haud ita multo post exhibiturum, quando videlicet nobiscum navigans ne calicem quidem amplius, nedum taurum ferre poterit. Sed illud tu mihi dicas velim, quis alius ille vir gravis*

ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; οὐχ Ἕλλην ὡς ἔοικεν, ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. Ἑρμ. Κῦρος ὦ Χάρων ὁ Καμβύσου, ὃς τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι. καὶ Ἀσσυρίαν ἔναγχος οὗτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο. καὶ νῦν ἐλασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον, ἄρχοι ἁπάντων. Χάρ. ὁ Κροῖσος δὲ πού ποτε κἀκεῖνός ἐστιν; Ἑρ. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος. Σάρδεις ἐκεῖναι. καὶ τὸν Κροῖσον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθήμενον, Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ διαλεγόμενον; βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν ὅ, τι καὶ λέγουσι; Χάρ. Πάνυ μὲν οὖν. Κροῖ. ὦ ξένε Ἀθηναῖε εἶδες γάρ μου τὸν πλοῦτον καὶ τοὺς θησαυρούς, καὶ ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν, εἰπέ μοι τίνα ἡγῇ τῶν πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι. Χάρ. Τί ἄρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; Ἑρμ. θάρρει οὐδὲν ἀγεννὲς ὦ Χάρων. Σολ. Ω Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας. Χάρ. Τῆς Ἀργόθεν φησὶν οὗτος, τοὺς ἅμα πρῴην ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερόν. Κροῖ. Ἔστω. ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας. ὁ δεύτερος δὲ τίς ἂν εἴη; Σολ. Τέλλος

us severitate quadam verendus, nec tamen Græcus, quantum ex peregrino habitu conjici potest? MERC. Cyrus, ô Charon, Cambysis filius, qui imperium, quod olim Medi obtinebant, ad Persas transtulit. Atque idem Assyrios nuper devicit, & Babylonem expugnavit. Et nunc exercitum in Lydiam traducere jam parat, hoc jam in animo destinans, ut Crœso superato imperium habeat in omnes. CHAR. At Crœsus ubi tandem ille? MER. Illorsum oculos deflecte in magnam illam arcem, quæ triplici muro est septa. Sardis illa. An non Crœsum ipsũ vides in aureo sedentem solio, ac cum Solone illo Atheniensi differentem? Vis auscultemus qua de re verba faciant? CH. Volo, O Mercuri. CR. O hospes Atheniensis, qui jam divitias nostras vidisti, thesauros videlicet & quantũ nobis auri sit rudis, tum & aliam suppellectilem preciosam, dic mihi quemnam omnium hominum fœlicissimum arbitraris? CHA. Quid tandem dicet Solon? MER. Bono sis animo, nihil abjecti, O Charon. SOL. Fœlices quidem admodum pauci. Verum ex his, quos ego novi, Cleobim & Bitonem sacerdotis filios arbitror fœlicissimos extitisse. CH. Argivæ sacerdotis hic dicit, qui nuper postquam matrem vehiculo insidentem ad sacrarium usque ipsi jugum subeuntes adduxissent, è vivis statim excesserunt. CR. Esto, habeant illi fœlicitatis primas. At quis tenebit secundas? SOL. Tellus Atheniensis, qui præterquam

λος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. Κροῖ. Ἐγὼ δ' ὦ κάθαρμα, οὔ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; Σολ. Οὐδέπω οἶδα Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου, ὁ γὰρ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων, καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαβιῶναι. Χάρ Κάλλιστα ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι. ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τῆς περὶ τῶν τοιούτων κρίσεως ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει; ἢ τί καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι; Ερμ. Πλίνθους τῷ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι, μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν καὶ ἀπολεῖται μικρὸν ὕστερον φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκτόπως. Χάρ. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει τὸ ὕπωχρον μετ' ἐρυθήματος νῦν γὰρ πρῶτον εἶδον, ἀκούων ἀεί. Ερ. Ἐκεῖνο ὦ Χάρων τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ περιμάχητον Χάρ. Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα τοῦτον μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. Ερ Οὐ γὰρ οἶσθα ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαὶ, καὶ λῃστήρια, καὶ ἐπιορκίαι, καὶ φόνοι, καὶ δεσμὰ καὶ πλοῦς μακρὸς, καὶ ἐμπορίαι, καὶ δουλεῖαι; Κάρ. Διὰ τοῦτο ὦ Ἑρμῆ τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸν χαλκὸν, ὀβολὸν ὡς οἶσθα παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. Ερμ. Ναί. ἀλλ' ὁ χαλκὸς μὲν πολύς·

ὥστε

nunquam quod benè vixit, mortem etiam pro patria obire non recusavit. CROES. Ego verò, ô scelus, non tibi videor felix esse? SOL. Nondum o Crœse statui, quod necdum ad vitæ metam perveneris. Rectissimus enim ejus rei index ac certissimus mors ipsa existit, & vita ad finem usque fœliciter perducta. CHAR. Optimè facis, o Solon, quod nostri non es oblitus, quoniam cymbam ipsam his de rebus judicare censes. Sed quinam illi, quos Crœsus emittit? aut quid humeris gestant? MER. Aureos Pythio lateres dicat, pro oraculi mercede, cujus beneficio paulò pòst peribit. Est enim vir ille mirum in modum vatibus deditus. CHAR. Et illud est aurum splendidum scilicet, quodque subpalladium refulget rubore: nunc enim, cùm antè jam sæpè de eo audierim, ipsum primum video. MERC. Hoc celebre illud est nomen, cujus gratia tantoperè pugnatur. CHAR. Atqui non video quonam pretio commendetur, nisi hoc forte ad rem pertinet, quod qui ferunt, eo gravantur. MERC. Annon intelligis quot hujus gratia bella quot insidiæ, quot latrocinia, quot perjuria, quot cædes, quot vincula, quamque longinqua navigatio, quot mercaturæ, quot servitutes? CHAR. Propter hoc ne, ô Mercuri, quod parum ipsi æri præstat? Nam æs novi, ut qui à singulis vectoribus, quod & tu ipse non ignoras obolum exigam. MERCUR. Est ita ut dicis, ô Charon. Ve-

ὥστε οὐ πάνυ ἀσπουδάζεται ὑπ' αὐτῶν, τοῦτον ὃ ὀλίγον ἐκ πολλοῦ τοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσι. πλὴν, ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς, καὶ οὗτος, ὥσπερ ὁ μόλιβδος, καὶ τἄλλα. Χάρ. δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβελτηρίαν, οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχροῦ, καὶ βαρέως κτήματος. Ερμ. ἀλλ' οὐ Σόλων γε ἐκεῖνος ὦ Χάρων ἐρᾶν, αὐτοῦ φαίνεται, ὡς ὁρᾷς. καταγελᾷ γὰρ τοῦ Κροίσου καὶ τῆς μεγαλαυχίας τοῦ βαρβάρου. καὶ μοι δοκεῖν ἐρέσθαι τι βούλεται αὐτόν. ἐπακούσωμεν οὖν. Σολ. εἰπέ μοι Κροῖσε. οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλίνθων τούτων τὸν Πύθιον; Κροῖ. νὴ Δί', οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν τοιοῦτον. Σολ. οὐκ οὖν μακάριον οἴει τὸν θεὸν ἀποφαίνειν, εἰ κτήσαιτο ἐν τοῖς ἄλλοις, καὶ πλίνθους χρυσᾶς; Κροῖ. πῶς γὰρ οὔ; Σολ. πολλήν μοι λέγεις ὦ Κροῖσε, πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰ ἐκ Λυδίας μεταστέλλεσθαι τὸ χρυσίον δεήσει αὐτοὺς, ἢν ἐπιθυμήσωσι. Κροῖ. ποῦ γὰρ τοσοῦτος ἂν γένοιτο χρυσὸς ὅσος παρ' ἡμῖν; Σολ. εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; Κροῖ. πάνυ τι. Σολ. τοῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε. Κροῖ. πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος χρυσίου; Σολ. ἢν ἀποκρίνῃ μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν. Κρ. ἐρώτα ὦ Σόλων. Σολ. πότερον ἀμείνους οἱ

σώ-

nimæs, quia magna est ejus copia, non est in pretio. Aurum vero, & hujus quidem parum, hi qui terræ venas scrutantur, ex immenso profundo effodiunt. Attamen ex terra provenit, quemadmodum plumbum, & reliqua metalla. CHARON. *Insignem quandam hominum stultitiam narras, qui tanto amore prosequuntur rem tum pallidam, tum etiam gravem.* MERCUR. *At Solon ille aurum minimè mirari videtur, ut & plane vides. Nam cùm Crœsum ipsum, tum verò maximè hominis barbari jactantiam deridet, adeo ut videatur etiam mihi hac ipsa de re Crœsum velle percunctari. Quamobrem auscultemus.* SOL. *Dic mihi, ô Crœse, putas ne laterum horum indigere Apollinem?* CROE. *Per Iovem, nullum enim ipsi est donarium Delphis suspensum tam magnificum.* SOL. *Arbitratis ergo te Deum beatum reddere, si inter alia multa, tuo beneficio, & aureos lateres possideat?* CR. *Quid ni?* SOL. *Magnam mihi paupertatem narras in cœlo, ô Crœse, si Deos, cùm fortè desiderent aurum, ex Lydia advehere oportebit.* CROES. *Ubi enim alibi aurum proveniret tantum quantum apud nos?* SOL. *Rursus illud mihi dicito: ferrum in Lydia nascitur?* CROES. *Non admodum.* SOL. *Potiori ergo re indigi estis.* CROES. *Quinam ferrum præstantius auro?* SOLON. *Si citra*

 stoma-

σώζοντές τινας, ἢ οἱ σωζόμενοι πρὸς αὐτῶν; Κρ. οἱ σώζοντες δηλαδή. Σο. ἆρ᾽ οὖν ἣν Κροῖσ⊕, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπὴν Λυδοῖς. χρυσᾶς μαχαίρας σὺ ποιήσῃ τὸ στρατὸν, ἢ σίδηρ⊕ ἀναγκαῖ⊕ τότε; Κροῖ. ὁ σίδηρ⊕ δηλαδή. Σολ. καὶ εἴγε μὴ τοῦτον παρασκευάσαιο, οἴχοιτο ἄν σοι ὁ χρυσὸς ἐς Πέρσας αἰχμάλωτ⊕. Κροῖ. εὐφήμει ὦ ἄνθρωπε. Σολ. μὴ γένοιτο μὲν οὖν οὕτω ταῦτα. φαίνῃ δὲ οὖν ἀμείνω τὸν σίδηρον ὁμολογῶν. Κροῖ. οὐκοῦν καὶ τῷ θεῷ κελεύεις σιδηρᾶς πλίνθους ἀνατιθέναι με, τὸν δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν; Σολ. οὐδὲ σιδήρου ἐκεῖνός γε δεήσεται, ἀλλ᾽ ἤν τε χαλκὸν, ἤν τε χρυσὸν ἀναθῇς, ἄλλοις μέν ποτε κτῆμα καὶ ἕρμαιον ἔσῃ ἀνατεθεικὼς, Φωκεῦσιν, ἢ Βιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς, αὐτοῖς, ἢ τινι τυράννῳ λῃστῇ· τῷ δὲ θεῷ ὀλίγον μέλει τῶν σῶν χρυσοποιῶν. Κρ. αἰεὶ σύ μου τῷ πλούτῳ προσπολεμεῖς, καὶ φθονεῖς. Ερμ. οὐ φέρει ὁ Λυδὸς, ὦ Χάρων, τὴν παῤῥησίαν, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων. ἀλλὰ ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἄνθρωπ⊕, οὐχ ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων. μεμνήσεται δ᾽ οὖν μικρὸν ὕστερον τοῦ Σόλων⊕, ὅταν αὐτὸν δέῃ ἁλόντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑπὸ τοῦ Κύρου ἀναχθῆναι. ἤκουσα γὰρ τῆς Κλωθοῦς

πρώην

machum respondere velis, facile quidem intellexeris. CROES. Interroga tu modò ô Solon. SOLON. Viri præstantiores, an qui servant ac defendunt, an qui servantur ac defenduntur? CROES Qui servant profectò Solon. Ergò si quemadmodum quidam narrant futurum, Lydos Cyrus adortus fuerit, aureos ne gladios militi tuo facies, an ferro tum erit opus? CROES. ferro sane, ferro. SOL. Et si hujus copiam non apparaveris, futurum ut egregium illud aurum captivum ad Persas abeat. CROES. Bona verba, ô homo. SOL. Dÿ meliora velint, quàm ut hæc hoc modo fiant. Verùm tu hac via videris ferrum auro nobilius fateri. CROES. Ferreos ergo lateres Deo me consecrare jubes aurum autem revocare? SOL. Neq; ferro ille indiguerit; Sed sive æs sive aurum dicaris, ol is sane futuram prædam, ac possessionem sponderis, & ia quidem aut Phocensibus, aut Bœotiis, aut Delphis ipsis, aut etiam prædoni alicui tyranno. Deus autem artifices tuos plane nihil moratur. CROES. Semper tu quidem divitias mihi invides, & oppugnas. MER. Non fert delicatus hic Lydus, ô Charon, verborum & libertatem, & veritatem quin ei peregrina & nova quædam res videtur, hominem obscuro loco natum, ac pauperem, ea quæ urgeant, intrepide dicere. Atqui haud ita multò pòst Solonis recordabitur, nimirum quando eum à Cyro captum

plum

πρώην ἀναγινωσκούσης τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα. ἐν οἷς καὶ τοῦτ᾽ ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ᾽ ἐκεινησὶ τῆς Μασσαγέτιδος ἀποθανεῖν, ὁρᾷς τὴν Σκυθίδα τὴν ἐπὶ τοῦ ἵππου τοῦ λευκοῦ ἐξελαύνουσαν; Χάρ. νὴ Δία Ἑρ. Τόμυρις ἐκείνη ἐστί, καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου αὕτη ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος· ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν νεανίσκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν. οὗτος βασιλεύσει μετὰ τὸν πατέρα, καὶ μυρία σφαλεὶς ἔν τε Λιβύῃ καὶ Αἰθιοπίᾳ, τὸ τελευταῖον μανεὶς ἀποθανεῖται, ἀποκτείνας τὸν Ἆπιν. Χάρ. ὢ πολλοῦ γέλωτος. ἀλλὰ νῦν τίς ἂν αὐτοὺς προσβλέψειεν οὕτως ὑπερφρονοῦντας τῶν ἄλλων; ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν, ὡς μετ᾽ ὀλίγον οὗτος μὲν αἰχμάλωτος ἔσται, οὗτος δὲ τὴν κεφαλὴν ἕξει ἐν ἀσκῷ αἵματος; ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν ὦ Ἑρμῆ ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι τὴν ἰχθὺν ἀνατεμὼν νήσῳ ἐν ἀμφιρρύτῃ; βασιλεὺς δέ τις εὔχεται εἶναι. Ε. εὖ γε παρῳδεῖς ὦ Χάρων; ἀλλὰ Πολυκράτην ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον πανευδαίμονα οἰόμενον εἶναι ἀτὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς ὑπὸ τοῦ παρεστῶτος οἰκέτου Μαιανδρίου προδοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ σατράπῃ, ἀνασκολοπισθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν

ἀκαρεῖ

stum in constructum rogum oportebit conscendere. Nam quae cuique Parcarum suo fini neta, ipsam Clotho nuper legentem audivi, in quibus & haec erant scripta: Croesum quidem à Cyro captivum duci, ipsum autem Cyrum a Massagetide illa necari. Viden' Scythicam illam foeminam candido vehentem equo? CHAR. Per Jovem. MER. Tomyris est, quae sua ipsius manu Cyri caput detruncatum in utrem cruore refertum intrudet. Sed & filium Cyri vides, adolescentē? Cambyses ille est. Is patre defuncto, in imperium succedet, ac ubi mille modis erravit & in Lybia, & in Aethiopia, tandem insania correptus, occiso à se Api, migrabit è vita. CHAR. O rem valdè ridiculam. Sed num quis vel aspicere sustineat ipsas adeò sibi prae caeteris placentes? aut etiam cui credibile videri poterit, illum scilicet paulò pòst fore captivum? hunc autem caput in utre sanguine pleno habiturum? At quisnam is est, ô Mercuri, cui pallam purpuream jam fibula nectit? quem corona adornat, cui cocus, piscis ventre dissecto, annulum exhibet, in gente mari septa, regis se nomine jactet? MERC. Belle, ô Charon, quod interim occinis. Caeterum Polycratem Samiorum tyrannum vides, qui ipse se modis omnibus felicem putat. Verum & hic tandem ab assistente famulo Maeandrio Oroetae Satrapae proditus in crucem suffigetur. Miser sanè, qui vel temporis mo-

ἀναιρεῖ τοῦ χρόνου· καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Κλωθοῦς ἐπήκουσα. Χάρ. εὖγε ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτοὺς ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ᾽ ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι. ἐγὼ δὲ γελάσομαι τότε γνωρίσας αὐτῶν ἕκαστον γυμνὸν ἐν τῷ σκαφιδίῳ, μή τε πορφυρίδα, τιάραν, ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας. Ερ. καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἕξει. τὴν δὲ πληθὺν ὦ Χάρων ὁρᾷς, τοὺς πλέοντας αὐτῶν. τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς γεωργοῦντας τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας; Χαρ. ὁρῶ ποικίλην τινὰ τύρβην, καὶ μεστὸν ταραχῆς τὸν βίον. καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς ἅπας μὲν ἴδιόν τι κέντρον ἔχει, καὶ τὸν πλησίον κεντεῖ. ὀλίγοι δέ τινες ὥσπερ σφῆκες ἄγουσι, καὶ φέρουσι τὸν ὑποδεέστερον, ὁ δὲ περιπετόμενος αὐτοὺς ἐκ τ᾽ἀφανοῦς οὗτος, ὄχλος, τίνες εἰσίν; Ερμ. ἐλπίδες ὦ Χάρων, καὶ δείματα, καὶ ἄνοιαι, καὶ ἡδοναί, καὶ φιλαργυρίαι καὶ ὀργαὶ καὶ μίση, καὶ τὰ τοιαῦτα. τούτων δὲ ἡ ἄγνοια μὲν κάτω ξυναμέμικται αὐτοῖς, καὶ συμπολιτεύεταί γε νὴ Δία, καὶ τὸ μῖσος, καὶ ἡ ὀργή, καὶ

ζηλο-

mento ex universa felicitate exciderit: nam & haec nuper ex Clotho audivi. CHAR. Praeclare, ô Clotho, ita & ipsos in crucem suffige, & eorum capita generose detrunca, quo se homines tandem agnoscant. Sed & tuo beneficio in sublime adeò ferantur. nimirum ut postea quanto altiori ruina, tanto graviori dolore decidant. Porrò quod ad me attinet, quemcunq; horum nudum in navigio agnovero, eum maxime ridebo, quando neque purpuram, neque regium capitis tegmen, neque lectum secum adferat aureum. MER. Et horum quidem fortuna sic se habet. Sed videsne vastam quandam multitudinem, atq; ex hac alios navigantes, alios bella gerentes, alios in foro litigantes, alios terram aratro proscindentes, alios foenerantes, postremò alios mendicantes? CH. Video variam quandam turbam, ac promiscuam, & vitam perturbationum plenam. Ad haec civitates conspicio apum examinibus similes, in quibus proprium quendam, peculiaremque habent singuli aculeum, quo sibi vicinos pungunt. Quidam autem ex ipsis velut crabrones aguntq; feruntq; imbecilliorem. At agmen illud quod ex improviso illas circumvolitat, quinam sunt? MER. Spes, ô Charon, & metus, & amentia, tum voluptas, avaritia, ira, odium, atq; id genus alia. Ex his autem ignorantia infimae turbae est permista, atque per Iovem in eadem cum ipsis Republica degit odium, ira,

ζηλοτυπία, καὶ ἀμαθία, καὶ ἀπορία, καὶ φιλαργυρία. ὁ φόβος δὲ καὶ ἐλπίδες ὑπεράνω πετόμενοι, ὁ μὲν ἐμπίπτων, ἐκπλήττει, ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ. αἱ δ' ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὁπότ' ἂν μάλιστα οἴηταί τις ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν, ἀναπτάμεναι οἴχονται, κεχηνότας, αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι ὅπερ καὶ τὸν Τάνταλον κάτω πάσχοντα ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ ὕδατος. ἢν δ' ἀτενίσῃς, κατόψει καὶ μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων. ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων; Χάρ. ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστῳ νῆμα ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλά. τοῦτο μὲν ἐκείνῳ, ἐκεῖνο δὲ ἄλλῳ. Ερμ. εἰκότως ὦ Πορθμεῦ, εἵμαρται γὰρ ἐκείνῳ μὲν ὑπὸ τούτου φονευθῆναι, τούτῳ δὲ ὑπ' ἄλλου. καὶ κληρονομῆσαί γε τοῦτον μὲν ἐκείνου, ὅτου ἂν ᾖ μικρότερον τὸ νῆμα. ἐκεῖνον δ' αὖ, τούτου. τοιόνδε γάρ τι ἡ ἐπιπλοκὴ δηλοῖ. ὁρᾷς δ' οὖν ὑπὸ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας; καὶ οὗτος μὲν ἀνασπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐστι, καὶ κατὰ μικρὸν καταπεσὼν ἀπορραγέντος τοῦ λίνου, ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ πρὸς τὸ βάρος, μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσεται. οὗτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἢν καὶ πέσῃ ἀψοφητὶ κείσεται, μόλις

καὶ

mulatio, tum & imperitia; hæsitantia, avaritia. Porrò metus & spes ipsos supervolitantes, ille quidem horrorem incutit, aliquando verò tantum trepidare facit; hæ autem supra caput in altum vergentes, ubi quispiam apprehendere conatur, in sublime volantes aufugiunt, illis inhiantibus relictis, quod ipsum & Tantalum apud inferos ab aqua pati vides. Quod si aciem intenderis, conspicies in alto, & Parcas ipsas extenso singulus adnere tenuia quædam fila, quibus universum mortalium genus subnixum dependit. Vidésne quasi quosdam araneorum nexus ab ipsis fusis in singulos demissos? CHAR. Video equidem filum ut plurimum admodum tenue ac fragile cuique è sublimi innexum: hoc quidem illi, illud verò alij. MERCUR. Rectè vides, ô portitor. Nam ab ipso fato imminet interitus illi ab hoc, huic autem ab alio. Atque hunc heredem fore ejus, cujuscunque filum fragilius fuerit, rursus autem illum hujus. Tale enim quiddam connexio illa portendit. Vides ergo cunctos à tenui filo suspensos? Atque hic quidem ex ipsis in altum subtractus, sublimis est, verùm paulò post, ubi ponderi tanto sustinendo non amplius par fuerit, filo dirupto decidens, ingentem excitabit strepitum. Alius autem qui paululum tantùm à terra fuerit subductus, tametsi cadat, citra tamen strepitum jacebit, adeò ut ruinam vix ipsi audiant

καὶ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος. Χάρ. Παγγέλοια ταῦτα ὦ Ἑρμῆ. Ἑρμ. καὶ μὴν οὐδ᾽ εἰπεῖν ἔχοις ἂν κατὰ τὴν ἀξίαν ὅπως ἐστὶ καταγέλαστα ὦ Χάρων. καὶ μάλιστα αἱ ἄγαν σπουδαὶ αὐτῶν, καὶ τὸ μεταξὺ τῶν ἐλπίδων οἴχεσθαι, ἀναρπάστους γενομένους ὑπὸ τοῦ βελτίστου θανάτου. ἄγγελοι δὲ αὐτοῦ, καὶ ὑπηρέται μάλα πολλοὶ ὡς ὁρᾷς, ἠπίαλοι καὶ πυρετοὶ, καὶ φθόαι, καὶ περιπνευμονίαι, καὶ ξίφη, καὶ λῃστήρια, καὶ κώνεια, καὶ δικασταὶ, καὶ τύραννοι, καὶ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἔστ᾽ ἂν εὖ πράττωσιν. ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀττοτοῖ. καὶ αἶ, αἶ, καὶ οἴμοι μοι. εἰ δ᾽ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν ὅτι θνητοί τε εἰσιν αὐτοὶ, καὶ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ, ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον, καὶ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες, νῦν δὲ ἐς ἀεὶ ἐλπίσαντες χρήσεσθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης καλῇ, καὶ ἀπάγῃ, πεδήσας τῷ πυρετῷ ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγωγὴν, οὔποτε προσδοκήσαντες ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν. ἢ τί γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐκεῖνος, ὁ τὴν οἰκίαν σπουδῇ οἰκοδομούμενος, καὶ τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρχων, εἰ μάθοι ὅτι ἡ μὲν ἕξει τέλος αὐτῷ. ὁ δὲ, ἄρτι ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον, ἄπεισι, τῷ κληρονόμῳ

ρονόμῳ

audiant vicini. CHAR. Nimis quam ridicula hæc sunt ô Mercuri. MERCUR. Atqui ne verbis quidem illa pro dignitate consequi possis, quàm sint ridicula, maximè ardua illorum studia, & quod nonnunquam, interea dum multa spe aluntur, intereunt ab optima scilicet abrepti. Cujus nuncii & ministri, ut cernis, admodum sunt multi, puta febres, tum frigidæ, tum fervidæ (Latinis veteribus quercera dictæ) tabes, inflammatio pulmonis, tum gladij, latrocinia, cicutæ, judices quoque atque tyranni. Et horum nihil omninò mentem eorum subit tantisper sanè, dum eorum conatus feliciter processerint. At quando sua se spe falsos senserint, tum illud ahe frequens in ore, pariter & eheu, & eheu, & heu mihi. Quod si jam inde ab initio secum perpenderent, mortales se esse, ac postea quam paululum hoc temporis in vita fuerint peregrinati, tum relictis terrenis rebus omnibus, velut è somno migraturos, profectò & prudentius, circumspectiusque vitam ducerent, & cùm emoriendum esset, minus angerentur. Nunc autem quia præsenti rerum statu usuros se perpetuò sperant, cum minister qui vocarit, aut abducere fuerit conatus, irretitos vel febre, vel tabe, stomachantur, & dolenti excruciuntur, propterea sanè quod abstrahendos esse à bonis præsentibus ne exspectarint quidem. Sed enim quid non faceret ille, qui domum magno studio ædificando ope-

ρονόμῳ καταλιπὼν ἀπολαύειν αὐτῆς, αὐτὸς μηδὲ δειπνήσας ἄθλιος ἐν αὐτῇ; ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ χαίρων, ὅτι ἄρρενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ, καὶ φίλους διὰ τοῦτο ἑστιῶν, καὶ τοὔνομα τοῦ πατρὸς τιθέμενος, εἰ ἠπίστατο ὡς ἑπτέτης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκεῖ χαίρειν ἐπ᾽ αὐτῷ γινομένῳ; ἀλλὰ τὸ αἴτιον, ὅτι τὸν μὲν εὐτυχοῦντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἐκεῖνον ὁρᾷ, τὸν τοῦ ἀθλητοῦ πατέρα, τοῦ ὀλύμπια νενικηκότος. τὸν γείτονα δὲ τὸν ἐκκομίζοντα τὸ παιδίον οὐχ ὁρᾷ, οὐδὲ οἶδεν ἀφ᾽ οἵας αὐτῷ κρόκης ἐκρέματο. τοὺς μὲν γὰρ περὶ τῶν ὅρων διαφερομένους ὁρᾷς ὅσοι εἰσὶ, καὶ τοὺς ξυναγείροντας τὰ χρήματα, εἶτα πρὶν ἀπολαῦσαι αὐτῶν καλουμένους, ὑφ᾽ ὧν εἶπον, ἐπιόντων ἀγγέλων καὶ ὑπηρετῶν; Χάρ. ὁρῶ πάντα ταῦτα, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐγὼ ἐννοῶ, τί τὸ ἡδὺ αὐτοῖς παρὰ τὸν βίον, ἢ τί ἐκεῖνό ἐστιν, οὗ στερούμενοι ἀγανακτοῦσιν. Ἑρ. ἢν γοῦν τοὺς βασιλέας ἴδῃ τις αὐτῶν, οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσιν, ἔξω τοῦ ἀβεβαίου, καὶ ὡς φῂς, ἀμφιβόλου τῆς τύχης, πλείω τῶν ἡδέων τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσει προσόντα αὐτοῖς, φόβους καὶ ταραχὰς, καὶ μίση, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ ὀργὰς, καὶ κολακείας. τούτοις γὰρ ἅπαντες ξύνεισιν. ἐῶ πένθη, καὶ νόσους, καὶ πάθη

ἐξ

operarios urget, si intellexerit eam quidem finem habituram, ipsum autem se, cùm jam fastigium imposuerit, discessurum, domo ita relicta hæredi, ut is fruatur, ipse autem miser ne semel quidem in ea cœnet? Iam qui stirpe virili auctus, convivio excipit amicos, patris nomen, nempe suum, puero imponit, si præsciret puerum septem annos natum, emoriturum, nunquid ob prolem tibi videretur gaudio ferri tam immodico? Verum in caussa est quod in eum quidem intuetur, cui in filio res prosperè cadunt, cui patrem esse contingit, vel athletæ, vel ejus, qui vicerit Olympia: vicinum autem, qui natum cremandum effert, non inspicit, neque novit, quo funiculo quamque tenui sibi sit suspensus. Quin & eorum, qui de finibus digladiantur, quanta sit turba vides, & quàm multi coacervent pecunias, qui tamen antequam ipsis frui liceat, ab imminentibus, quos dixi, tum nunciis, tum ministris avocantur. CHARON. Video istbac omnia, & mecum ipse cogito, quidnam jucundum eis in vita sit, aut quid tandem sit illud, quo spoliati tantoperè, stomachentur. MERC. Quin etiam si ipsorum reges, quos vel omnium felicissimos esse apparet, introspiciat quispiam diligenter, nimirum præterquam quod instabili & ancipiti fortunæ ludo jactantur, invenerit iis inhærere tristia longè plura jucundis: tot dolationibus miseri illi involvuntur. Præte-

mitto

ἐξ ἰσθμίας δηλαδὴ ἄρχοντα αὐτῶν. ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ λογίζεσθαι καιρὸς οἷα τὰ τῆς ἰδιωτῶν ἂν εἴη Χαρ. ἐθέλω γοῦν σοι ὦ Ερμῆ εἰπεῖν, ᾧ τινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω ὑπὸ κρουνῷ τινι καταῤῥάττοντι ἀνισταμένας, τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός; ἐκείνων τοίνυν αἱ μέν τινες μικραί εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι, ἀπέσβησαν. αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι, καὶ προσχωρουσῶν αὐταῖς τῶν ἄλλων, αὗται ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται εἶτα μέν τοι κἀκεῖναι πάντως ἐξεῤῥάγησάν ποτε. οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι. τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπων βίος. ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπνευσμένοι, οἱ μὲν μείζους, οἱ δὲ ἐλάττους καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι, καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο. πᾶσι δ' οὖν ἀποῤῥαγῆναι ἀναγκαῖον. Ερμ. οὐδὲν χεῖρον σὺ τοῦ Ομήρου εἴκασας ὦ Χάρων, ὃς φύλλοις τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιοῖ. Χάρ. καὶ ὡς φιλοτιμοῦνται πρὸς ἀλλήλους ἀρχῶν πέρι, καὶ τιμῶν, καὶ κτήσεων ἁμιλλώμενοι, ἅπερ ἅπαντα καταλιπόντας αὐτοὺς. δεήσει ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας, ἥκειν παρ' ἡμᾶς βού-

λει

nitio & luctus, & morbos, tum & affectus, qui ex æquo tum vulgo & his dominantur, usque adeò ut non minoris fuerit & temporis & negotii, horum hic recensere mala, quam & privatorum. CHAR. *Tibi ergo, ô Mercuri, dicere volo, cuinam mortales similes mihi videantur, atque horum vita omnis. Vidistin' aliquando bullas illas in aqua, torrente aliquo cum strepitu scaturiente, existentes? Tumores illos inflatos dico, quibus cogitur spuma. Harum sanè quædam sunt parvæ & exiles, quæ statim dissolutæ evanescunt aliæ verò diutius durant, atque aliis ad se coactis vehementer inflantur ac in maximum surgunt tumorem. Tandem & hæ dissolvuntur omninò pereuntque. Neque enim secus fieri poterit. Hæc tibi hominum vita, singuli flatu tumescunt, ita ut alii sint majores, alii autem minores: postremò alii quidem momentaneam, moxque deficientem sentiant inflationem, alii verò prius deficiant, quàm omninò constituantur. At omnes destrui & evanescere necesse est.* MERCUR. *Nihil tu quidem infelicius hominem naturam similitudine expressisti, quàm vel ipse Homerus, qui universum mortalium genus arborum foliis comparat.* CHAR. *At cum tam fragilis sit eorum conditio, vides tamen, ut inter se avidè contendant pro imperiis, pro honoribus, possessionibusque certando, cùm tamen ipsos, universis his post se re-*

lictis

λει οὖν ἐπείπερ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐσμέν, ἀναβοήσας μαμμέγεθες, παραινέσω αὐτοῖς, ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ματαίων πόνων ζῆν δὲ. ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων. ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα, παύσασθε κάμνοντες. οὐ γὰρ ἐς ἀεὶ βιώσεσθε. οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα σεμνῶν ἀΐδιόν ἐστιν. οὐδ' ἂν ἀπάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὐτῷ ἀποθανών. ἀλλ' ἀνάγκη τὸν μὲν γυμνὸν οἴχεσθαι, τὴν οἰκίαν δὲ καὶ τὸν ἀγρὸν, καὶ τὸ χρυσίον ἀεὶ ἄλλων εἶναι, καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας. εἰ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπηκόου ἐμβοήσαιμι αὐτοῖς, οὐκ ἂν οἴει μέγα ὠφεληθῆναι τὸν βίον, καὶ σωφρονεστέρους ἂν γενέσθαι παραπολύ; Ερμ. ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθα ὅπως αὐτοὺς ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἀπάτη διατεθείκασιν, ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα, τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν αὐτὰ, οἷόνπερ Ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους ἔδρασε δέει τῆς Σειρήνων ἀκροάσεως· πόθεν οὖν ἂν ἐκεῖνοι δυνηθεῖεν ἀκοῦσαι, ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς; ὅπερ γὰρ παρ' ὑμῖν ἡ λήθη δύναται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ἄγνοια ἐργάζεται. πλὴν ἀλλ' εἰσὶν αὐτῶν ὀλίγοι οὐ παραδεδεγμένοι τὸν κηρὸν ἐς τὰ ὦτα, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίναντες, ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα καὶ κατεγνωκότες οἷά ἐστι

Χάρ.

stiis, unico tantùm ob lo instructos ad nos venire oporteat. Vis igitur, quoniam in edito consistimus loco, quam possum magna voce acclamando eos adhorter: primum quidem, ut à conatibus & stultis & vanis abstineant: deinde ut mortem semper præ oculis habentes, hunc vitæ cursum transigant, in hanc sententiam verba proclamans: O stulti, quid tanto studio in his rebus molimini! desistite à laboribus, neque enim perpetuò vivetis. Nihil ex his, quæ hîc præclara habentur, perpetuum est, nec aliquid istorum, cùm moriendum est, secum auferre quispiam poterit. Quin necesse est hominem quidem (quisquis is tandem fuerit) nudum abire, domum autem atque agrum, & aurum, in aliorum transire manus, semperque dominum mutare. Hæc atque ejusmodi alia, si, unde exaudiri possint, ipsis inclamarem an non putas vitæ eorum magnæ fore utilitati, ita, ut etiam prudentiores longe inde fieri queant? MERCUR. ô beate, nescis quantopere eos tum ignorantia, tum error occupaverit adeò ut eorum aures, ne terebro quidem amplius aperire queas, tanta obturarunt cera, haud aliter ac sociorum aures & Ulysses veritus ne Sirenum cantus exaudirent. At quinam audire potuerint, etiamsi vocem in tantum intendas, ut rumparis? Nempe quod apud vos oblivionis fons potest, idem hîc præstat ignorantia. Quanquam sunt in eis & pauci quidem, qui quoniam ceram

Χάρ. οὐκοῦν ἐκείνοις γοῦν ἐμβοήσομεν; Ερμ. περιττὸν τοῦτο λέγειν πρὸς αὐτοὺς ἃ ἴσασιν. ὁρᾷς ὅπως ἀποστάντες τῶν πολλῶν, καταγελῶσι τῶν γιγνομένων, καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀρέσκονται αὐτοῖς, ἀλλὰ δῆλοί εἰσι δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες παρ᾽ ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ βίου; καὶ γὰρ καὶ μισοῦνται ἐλέγχοντες αὐτῶν τὰς ἀμαθίας. Χάρ. εὖ γε ὦ γεννάδαι. πλὴν πάνυ ὀλίγοι εἰσὶν ὦ Ερμῆ. Ερμ. ἱκανοὶ καὶ οὗτοι. ἀλλὰ κατίωμεν ἤδη. Χάρ. ἓν ἔτι ἐπόθουν εἰδέναι ὦ Ερμῆ, καί μοι δείξας αὐτὸ, ἐντελῆ ἔσῃ τὴν περιήγησιν πεποιηκὼς, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσι, θεάσασθαι. Ερμ. ἠρία ὦ Χάρων, καὶ τύμβους, καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα. πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς, καὶ τὰς στήλας, καὶ πυραμίδας; ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα, καὶ σωματοφυλάκιά ἐστι. Χάρ. τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους, καὶ χρίουσι μύρῳ; οἱ δὲ, καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες, καίουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον, καὶ μελίκρατον, ὡς γοῦν εἰκάσαι, ἐγχέουσιν. Ερμ. οὐκ οἶδα ὦ Πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου. πεπιστεύκασι δ᾽ οὖν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν, δειπνεῖν μὲν ὡς οἷόν τε περιπετομένας τὴν κνῖσαν, καὶ τὸν καπνὸν,

rum in aures non accipiunt, ad veritatẽ ipsam declinant, atque in ipsis rebus cernentes accu- ratũ, quales sint agnoscant. CHAR. Vel illis ergo solis acclamarem. MERC. Supervaca- neum fuerit, ea quæ sciunt ad eos dicere. Vides quomodo à vulgi turba semoti videant, quæ alii factitarint, & neutiquam conveniat ipsis cum vulgo, adeò ut jam appareat ipsos fugam è vita ad nos adornare. Verùm omnibus odiosi sunt, eo quod istorum imperitiam redarguunt. CHAR. Bellè ô generosi vos, tametsi pauci. MERC. Vel hos esse fuerit satis. Sed nunc de- scendamus. CHAR. Unum adhuc discere desi- derium est, quod ubi docueris, perfectam sanè doctrinam dederis. Nam contueri gestio, in quæ cadavera reponant, dum in terram defo- diunt. MERC Sepulchra, conditoria & mo- numenta hæc vocant, cæterùm tumulos illos ante urbes vides, tum columnas, & pyrami- des. Omnia illa mortuorum sunt receptacula, cadaverumq; custodiæ. CHAR. Quid ergò saxa illa coronant, unguentóque jungunt? alii præ tumulus constructo rogo, ac fovea effossa, sumptuosas illas exurunt cœnas. & vinum mulsamq; aquam (quantum conjectu- ris assequi possum) in ipsas foveas infundunt. MERCUR. Equidem ignoro, ô Portitor, quid hæc ad eos qui apud inferos agunt. Ve- rùm illis persuasum est, umbras ab inferis reduces cœnare quidem, utcunque liceat, cir- cum

καπνὸν, πίνουσι δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον. Χάρ. ἐκείνους ἔτι πίνειν ἢ ἐσθίειν, ὧν τὰ κρανία ξηρότατα; καίτοι γελοῖός εἰμί σοι λέγων ταῦτα, ὁσημέραι κατάγοντι αὐτούς. οἶσθ' οὖν εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν ἅπαξ ὑποχθόνιοι γενόμενοι. ἐπεί τοι καὶ παγγέλοια ἂν ὦ Ἑρμῆ ἔπασχον, οὐκ ὀλίγα πράγματ' ἔχων, εἰ ἔδει μὴ κατάγειν μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀνάγειν πιομένους. ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακέκριται τὰ νεκρῶν. καὶ τὰ ζώντων πράγματα. καὶ οἷα παρ' ἡμῖν ἐστι. καὶ ὅτι κάτθαν' ὅμως ὅ, τ' ἄτυμβος ἀνὴρ ὅς ἔλαχε τύμβου. ἐν δ' ἰῇ τιμῇ Ἶρος κρείων τ' Ἀγαμέμνων. Θερσίτῃ δ' ἶσος Θέτιδος παῖς ἠϋκόμοιο. πάντες δ' εἰσὶν ὅμως νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα. γυμνοί τε ξηροί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Ερ. Ἡράκλεις, ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖς. ἀλλ' ἐπείπερ ἀνέμνησάς με, θέλω σοι δεῖξαι τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον. ὁρᾷς τὸν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ; Σίγειον μὲν ἐκεῖνο τὸ Τρωϊκὸν, ἀντικρὺ δὲ ὁ Αἴας τέθαπται ἐν τῷ Ῥοιτείῳ. Χάρ. οὐ μεγάλοι ὦ Ἑρμῆ οἱ τάφοι. τὰς πόλεις, τὰς ἐπισήμους ἤδη δεῖξόν μοι, ἃς κάτω ἀκούομεν, τὴν Νίνον, τὴν Σαρδαναπάλου, καὶ Βαβυλῶνα, Μυκήνας, καὶ Κλεωνὰς, καὶ τὴν Ἴλιον

αὐτὴν

cum nidorem, ac fumum volitando, bibere autem è foveis aquam mulsam. CHAR. Illos adhuc bibere, vel esitare, quorum calvariæ sunt aridissimæ? Atqui ridiculum est me tibi hæc dicere, qui, quod quotidie ipsos deducas, probè nosti an ubi semel terram subierint, denuò velut postliminio jure ad superos remeare queant. Quin & ipse maximè ridicula paterer tot negotiis occupatus, si eos trajiciendo non deducere solùm, sed reducere oporteret, si quando vellent bibere. O stulti, quæ est hæc amentia? Non scitis, quàm latè distantibus finibus viventium, & mortuorum res sunt sejunctæ, quœque pacto se res habeant apud nos. Vbi mortuus est, æquè tumuli, qui nescit honorem, & qui sortitur spectande funera saxi, Atqui honor unus adest, & regi Agamemnoni, & Iro, Thersitæ, & similis Thetidos formosus Achilles. Unde jam pariter siccæ nudæque pererrant Asphodeli campos confracto vertice cunctæ. MER. Papæ, quàm multa ex Homero hauris. Sed quia me submovisti Achillis sepulchrum tibi volo indicare. Vides illud quod prope manè situm est, illic Trojanum est Sigæum, è regione autem conditus est Ajax in Rhœtæo. CHA. Non magnifica, neque insignia sunt monumenta. Verùm celebriores urbes mihi commonstra, de quibus infernè tam magnifica audimus. Ninum scilicet, Sardanapali urbem, Babylonem, Mycenas quoque, tum & cleonas simul, &

Ilium

αὐτήν. πολλὰς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μὴ δὲ νεωλκῆσαι, μηδὲ διαξύψαι τὸ σκαφίδιον. Ε. ἡ Νῖνος μὲν ὦ πορθμεῦ ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴποις ὅπου ποτ' ἦν. ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον. οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. Μυκήνας δὲ καὶ Κλεωνὰς αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι, καὶ μάλιστα τὸ Ἴλιον. ἀποπνίξεις γὰρ εὖ οἶδ' ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνήκασι, καὶ αὗται. ἀποθνήσκουσι γὰρ ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι. καὶ τὸ παραδοξότερον, καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχου οὖν οὐδὲ τάφος ἐν Ἄργει ἔτι καταλείπεται. Χά. παπαὶ τῶν ἐπαίνων Ὅμηρε, καὶ τῶν ὀνομάτων, Ἴλιον ἱρὴν, καὶ εὐρυάγυιαν. καὶ ἐυκτιμέναι Κλεωναί. ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, τίνες εἰσὶν οἱ πολεμοῦντες ἐκεῖνοι, ἢ ὑπὲρ τίνος ἀλλήλους φονεύουσιν; Ερμ. Ἀργείους ὁρᾷς ὦ Χάρων, καὶ Λακεδαιμονίους, καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδην, τὸν ἐπιγράφοντα, τὸ τρόπαιον τῷ αὑτοῦ ὀνόματι. Χάρ. ὑπὲρ τίνος δὲ αὐτοῖς ὦ Ἑρμῆ ὁ πόλεμος; Ερμ. ὑπὲρ τοῦ πεδίου αὐτοῦ, ἐν ᾧ μάχονται. Χα. ὢ

Ilium ipsum. nam illinc oriundos multos memini trajicere, adeò ut totis jam decem annis neque navem subduxerimus, neque ea interim refrixerit. MER. Ninus quidem, ô Portitor, jam est eversa, ita ut ne vestigium ejus sit reliquum, neque ubi sita fuerit olim, facile dixeris. Babylon autem tibi illa est tot turribus benè munita, quæ magno illo ambitu est septa, haud ita multò pòst & ipsa desideranda, quemadmodum nunc Ninus. At Mycenas & Cleonas me sanè commonstrare pudet, omnium verò maximè Ilium. Nam ubi descenderis, sat scio, præfocáris Homerum, propterea quod tam magnificis versibus has nugas decantare non erubuerit. Veruntamen & quondam extiterunt felices, nunc autem mortuæ sunt & ipsæ: Urbes enim, ô Portitor, perinde ac homines emoriuntur, & quod longè mirabilius, solidi etiam fluvii, ita ut Inachi ipsius in Argo ne monumentum quidem reliquum appareat. CHAR. Vah, quæ laudes Homere, quamque superba nomina: Ingens Ilium, ac mœnibus amplum. Tum structæ belle Cleonæ. Sed interim dum fabulamur, quinam illic dimicant, & qua pro re se mutuo cædunt? MERCUR. Argivos vides & Lacædimonios, ô Charon, atque semimortuum imperatorem Othryadem suo ipsius nomini trophæum inscribentem. CHAR. At pro quo eis est pugna? MERCUR. Pro eo ipso agro, in quo pugnant. CHAR. ô

τῆς ἀνοίας, οἵγε οὐκ ἴσασιν ὅτι κἂν ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἕκαστος αὐτῶν κτήσωνται, μόγις ἂν ποδιαῖον λάβοιεν τόπον παρὰ τοῦ Αιακοῦ, τὸ δὲ πεδίον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσουσι, πολλάκις ἐκ βάθρων τὸ τρόπαιον ἀνασπάσαντες τῷ ἀρότρῳ. Ερμ. οὕτω μὲν ταῦτα ἔσται. ἡμεῖς δὲ καταβάντες ἤδη, καὶ κατὰ χώραν ἀποθέντες αὖθις τὰ ὄρη, ἀπαλλαττώμεθα, ἐγὼ μὲν καθ' ἃ ἐστάλην, σὺ δ' ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, ἥξω δέ σοι μετ' ὀλίγον, καὶ αὐτὸς νεκροστολῶν. Χαρ. εὖ γε ἐποίησας ὦ Ερμῆ. εὐεργέτης ἀεὶ ἀναγεγράψῃ. ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας. οἷά ἐστι τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα, βασιλεῖς, πλίνθοι χρυσαῖ, ἑκατόμβαι, μάχαι. χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος.

ΤΕΛΟΣ.

hominum amentiam, qui haud sciunt se, etiamsi nunc quisque eorum totam Peloponnesum possideat, unius tamen vix pedis locum ab Aeaco accepturos. Campum autem aliàs alii colent, sæpè etiam hoc tropbæo per aratrum revulso. MERCUR. *Hæc quidem hoc modo se habebunt. At nos jam hinc descendamus, ac montibus his in suas sedes repositis regrediamur, ego quidem quo sum ire jussus, tu verò ad navem. Equidem paulo post veniam, & ipse tibi umbrarum gregem mecum adducens.* CHAR. *Probe fecisti, ô Mercuri, atque in eorum album adscriberis, à quibus beneficio me affectum perpetuo me agnoscam; quandoquidem tua ope in hac peregrinatione plurimum sum adjutus. O qualia infelicium hominum studia! Reges, lateres aurei, magnifica sacrificia, prælia, Charontis autem nulla habetur ratio.*

FINIS.

LVCIANI SAMOSATENSIS DIALOGORVM SELECTORVM

LIBER SECVNDVS

GRÆCO LATINVS.



LONDINI,
Apud *Thomam Harperum*,
1636.



ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΔΙΑΛΟΓΩΝ Βιβλίον δεύτερον.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΕΝΥΠΝΙΟΥ, ΗΤΟΙ ΒΙΟΣ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

Ἄρτι μὲν ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὤν. ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με. τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν, καὶ πόνου πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης οὐ μικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς. τὰ δὲ ἡμέτερα, μικρά τε εἶναι, καὶ ταχεῖάν τινα τὴν ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν. εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης, καὶ μηκέτι οἰκόσιτος εἶναι, τηλικοῦτος ὤν. οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον. Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ προὐτέθη, τίς ἀρίστη τῶν

τεχ-



LVCIANI SAMOSATENSIS DIALOGORVM

Liber secundus.

De Somnio, seu Vita Luciani.

DEsieram nuper in ludum ire, factus jam ætate adolescens, cùm pater unà cum amicis consilium capiebat, quamnam artem, potissimùm mihi discendam proponeret. Plerisque igitur videbatur humanitas, seu literarum studium & labore multo, & tempore longo, & sumptu non exiguo, denique & fortuna quadam indigere. nostras autem res tùm parvas esse & modicas, tum verò celere quoddam auxilium postulare. Quod *si igitur artem aliquam mechanicam didicissem, fore, ut primo ipso statim ab ipsa arte, necessaria vitæ comparare possem, neque necesse haberem adeò ætate jam provectus, domi, deque paterna mensa vivere: sed non multò pòst etiam ipsum patrem exhilaraturum esse me, referendo domum semper aliquid ab arte quæsitum. Alterius itaque consultationis caput propositum*

τεχνῶν, καὶ ῥᾴστην ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον ἄλλου τοίνυν ἄλλην ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος, γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον ἀπιδὼν, (παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις) οὐ θέμις, εἶπεν, ἄλλην τέχνην ἐπικρατεῖν, σοῦ παρόντος. ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι καὶ συναρμοστὴν, καὶ ἑρμογλυφέα. δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε ὡς οἶσθα, ἔχων δεξιῶς, ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βόας ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ πατρί. ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον. τότε δὲ ἔπαινος εἰς τὴν εὐφυΐαν, καὶ ταῦτα ἦν. καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐν βραχεῖ μαθήσομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς. ἅμα τε οὖν ἐπιτήδειος ἐδόκει ἡμέρα τέχνης ἐνάρχεσθαι, κἀγὼ παρεδεδόμην τῷ θείῳ, μὰ τὸν Δί' οὐ σφόδρα τῷ πράγματι ἀχθόμενος. ἀλλά μοι καὶ παιδιάν τινα οὐκ ἀτερ-

est, quænam ars & optima, & ad discendum facillima, & homine libero maximè digna foret deinde & minori sumptu, atq; instrumento egeret, multum autem & sufficientem quæstum suppeditaret. Proinde alio aliom laudante, prout quisque animo affectus, aut usu expertus erat, pater ad avunculum aspiciens (aderat enim is quoque statuarius tum habitus optimus, & poliendo marmore inter præcipuos laudatus) minimè fas, inquit, est, aliam artem prævalere, te præsente Sed hunc (meq; demonstrabat) abduc tecum, & doce lapidum artificem probum, & eorundem compositorem ac statuarium nobis esse. Poterit enim & hoc, natura, ut scis, præditus felici. Fecerat autem hanc de me coniecturam pater, ex ludicris à me aliquando è cera confictis. Quando enim à præceptoribus domum dimittebar, abradens ceram, nunc boves, nunc equos, interdum per Iovem, & homines, fingebam, non omnino, ineptè, ut tum videbar patri. Ob quæ à præceptoribus quidem plagas accipere solebam, ad probandam autem ingenii dexteritatem, hæc quoque tum in parte laudis ducebantur. Atque adeo bonam ex eo spem de me omnes concipiebant, ut qui brevi adeo artem hanc, secundùm fingendi facilitatem, perdiscere possum. Igitur simul atque idonea dies videbatur esse auspicandæ artis, ipse tradebar avunculo, non admodum, per Iovem, iniquè aut graviter ferens Sed

ἀτερπῆ ἐδόκει ἔχειν, καὶ πρὸς τοὺς ἡλικιώτας ἐπίδειξιν, εἰ φαινοίμην θεούς τε γλύφων, καὶ ἀγαλμάτιά τινα μικρὰ κατασκευάζων ἐμαυτῷ τε, κἀκείνοις, οἷς προῃρούμην. καὶ τό γε πρῶτον ἐκεῖνο καὶ σύνηθες τοῖς ἀρχομένοις ἐγίγνετο. ἐγκοπέα γάρ τινά μοι δοὺς ὁ θεῖος ἐκέλευσέ μοι ἠρέμα καθικέσθαι πλακὸς, ἐν μέσῳ κειμένης, ἐπειπὼν τὸ κοινὸν, Ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός. σκληρότερον δὲ κατενεγκόντος ὑπ᾽ ἀπειρίας, κατεάγη μὲν ἡ πλάξ. ὁ δὲ ἀγανακτήσας, σκυτάλην τινὰ κειμένην πλησίον λαβὼν, οὐ πρᾴως, οὐδὲ προτρεπτικῶς μου κατήρξατο, ὥστε δάκρυά μοι τὰ προοίμια τῆς τέχνης. ἀποδρὰς οὖν ἐκεῖθεν, ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀφικνοῦμαι συνεχὲς ἀνολολύζων, καὶ δακρύων τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπόπλεως, καὶ διηγοῦμαι τὰ περὶ τὴν σκυτάλην, καὶ τοὺς μώλωπας ἐδείκνυον, καὶ κατηγόρουν πολλήν τινα ὠμότητα, προσθεὶς ὅτι ὑπὸ φθόνου ταῦτα ἔδρασε, μὴ αὐτὸν ὑπερβάλωμαι κατὰ τὴν τέχνην. ἀγανακτησαμένης δὲ τῆς μητρὸς, καὶ πολλὰ τῷ ἀδελφῷ λοιδορησαμένης, ἐπεὶ νὺξ ἐπῆλθε, κατέδαρθον, ἔτι ἔνδακρυς, καὶ τὴν νύχθ᾽ ὅλην ἐννοῶν. Μέχρι μὲν δὴ τούτων, γελάσιμα καὶ μειρακιώδη τὰ εἰρημένα, τὰ μετὰ ταῦτα

δὲ

mihi etiam lusum quendam non insuavem ipsa res videbatur habere, & apud aequales ad ostentationem & laudē valere, si & Deos sculpere, & parva quaedam simulachra, cùm mihi, tum illis, quibus vellem, adornare possem. Ac tum primum quidem illud, quod & incipienti usu venire solet, accidebat. Caelum enim quoddam avunculus mihi tradens, paulatim tabulam lapideam, quae in medio posita erat, contingere, atq; artem auspicari jubet, tritum illud admonens: Dimidium facti qui bene coepit habet. Caeterùm durius impingente me prae imperitia, tabula frangitur: avunculus autem indignatus, & scuticam quandam propè jacentem corripiens, nequaquam mansuetè, aut uti adhortantē decebat, excepit, atque initiavit me, ita ut mox in lachrymas prooemium artis mihi verteretur. Aufugiens igitur inde domum redeo, continueq; ululando, & lachrymis oculos opplendo commemorabam scuticam, demonstrabam vibices, nimiamq; illius crudelitatem accusabam: hoc quoque addens quod invidia quadam ista fecisse avunculus, videlicet metuens, ne se in arte superarem. Irascente itaque matre, & multa fratri convitia faciente, posteaquam nox supervenit, dormivi, plenus adhuc lachrymarum, totámque noctem cogitabundus jacens. Atque hactenus quidem, quae diximus, ridicula puerilíaque sunt: quae verò deinceps audietis, nequaquam contemnenda sunt, ô viri, sed quae

ad-

δὲ οὐκέτι εὐκαταφρόνητα, ὦ ἄνδρες ἀκούσεσθε, ἀλλὰ καὶ πάνυ φιληκόων ἀκροατῶν δεόμενα. ἵνα γὰρ καθ' Ὅμηρον εἴπω, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος, ἀμβροσίην διὰ νύκτα, ἐναργὴς οὕτως, ὥστε μηδὲν ἀπολείπεσθαι τῆς ἀληθείας. ἔτι γοῦν μετὰ τοσοῦτον χρόνον τά τε σχήματά μοι τῶν φανέντων ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παραμένει, καὶ ἡ φωνὴ τῶν ἀκουσθέντων ἔναυλος. οὕτω σαφῆ πάντα ἦν. Δύο γυναῖκες λαβόμεναι ταῖν χεροῖν εἷλκόν με πρὸς ἑαυτὴν ἑκατέρα μάλα βιαίως, καὶ καρτερῶς. μικροῦ γοῦν με διεσπάσαντο πρὸς ἀλλήλας φιλοτιμούμεναι. καὶ γὰρ ἄρτι μὲν ἂν ἡ ἑτέρα ἐπεκράτει, καὶ παρὰ μικρὸν ὅλον εἶχέ με, ἄρτι δ' ἂν αὖθις ὑπὸ τῆς ἑτέρας εἰχόμην. ἐβόων δὲ πρὸς ἀλλήλας ἑκατέρα. ἡ μὲν ὡς αὐτῆς ὄντα με κεκτῆσθαι βούλοιτο. ἡ δὲ ὡς μάτην τῶν ἀλλοτρίων ἀντιποιοῖτο. ἦν δὲ ἡ μὲν ἐργατικὴ καὶ ἀνδρικὴ, καὶ αὐχμηρὰ τὴν κόμην, τὼ χεῖρε τύλων ἀνάπλεως, διεζωσμένη τὴν ἐσθῆτα, τιτάνου καταγέμουσα, οἷος ἦν ὁ θεῖος, ὁπότε ξέοι τοὺς λίθους. ἡ ἑτέρα δὲ μάλα εὐπρόσωπος, καὶ τὸ σχῆμα εὐπρεπὴς, καὶ κόσμιος τὴν ἀναβολήν. τέλος δ' οὖν ἐφιᾶσί μοι δικάζειν, ὁποτέρᾳ βουλοίμην συνεῖναι αὐτῶν. προτέρα δὲ ἡ σκληρὰ ἐκείνη καὶ ἀνδρώδης ἔλεξεν. ἐγὼ, φίλε παῖ, ἑρμογλυ-

φικὴ

admodum auscultandi cupidos auditores re-
quirant. Nam, ut juxta Homerum dicam, Ve-
nere mihi divino somnia nutu Almam per no-
ctem, ita clara & manifesta, ut nihil ab ipsa
veritate distarent. Adhuc igitur etiam post
tantum temporis intervallum, & habitus eo-
rum, quae mihi tum apparuere, in oculis haerent,
& ipsa vox auribus quasi intonat, adeò plana
fuerunt omnia. Duae mulieres manibus corri-
pientes trahebant me in diversum, utraque ad se
vice icet, violente admodum & valdè. Pa-
rum itaque adfuit quin me discerperent, dum
inter se ambitiosè adeò contendunt. Nam modò
haec superabat, & propemodum totum tenebat
me: modò altera eademque me ad se retrahebat.
Clamabant autem ambae, accusabantque mutuò
sese. haec quod me suum videlicet illa possidere
vellet: illa verò quod haec frustra aliena sibi u-
surparet. Erat autem altera quidem operaria,
& virili aspectu, & squalida coma, manus
callo passim obductas habens, succincta veste
& marmoreo pulvere oppleta qualis & ipse
avunculus esse solebat, quando lapides polie-
bat. Altera verò facie admodum honesta ha-
bitum decentem prae se ferens, & vestes orna-
tas ac mundas induta. Postremò autem per-
mittunt meo judicio, ut utri earum conver-
sandum mihi putem sententiam feram. Ac
prior quidem dura, atque virilis illa sic coepit:
Ego chare puer statuaria sum, ea, quam tu he-
ri

φικὴ τέχνη εἰμί, ἣν χθὲς ἤρξω μανθάνειν, οἰκεία τέ σοι, καὶ συγγενὴς οἴκοθεν. ὅ τε γὰρ πάππος σου, εἰποῦσα τοὔνομα τοῦ μητροπάτορος, λιθοξόος ἦν, καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. εἰ δ' ἐθέλεις λήρων μὲν καὶ φληνάφων τῶν παρὰ ταύτης ἀπέχεσθαι, δείξασα τὴν ἑτέραν, ἕπεσθαι δὲ, καὶ συνοικεῖς ἐμοί, πρῶτα μὲν θρέψῃ γεννικῶς, καὶ τοὺς ὤμους ἕξεις καρτερούς, φθόνου δὲ παντὸς, ἀλλότριος ἔσῃ, καὶ οὔποτε ἄπει ἐπὶ τὴν ἀλλοδαπὴν, τὴν πατρίδα, καὶ τοὺς οἰκείους καταλιπὼν, οὐδὲ ἐπὶ λόγοις ἐπαινέσουσί σε πάντες. μὴ μυσαχθῇς δὲ τοῦ σώματος τὸ εὐτελὲς, μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν τοιούτων ὁρμώμενος, καὶ Φειδίας ἐκεῖνος, ἔδειξε τὸν Δία, καὶ Πολύκλειτος τὴν Ἥραν εἰργάσατο, καὶ Μύρων ἐπῃνέθη, καὶ Πραξιτέλης ἐθαυμάσθη: προσκυνοῦνται γοῦν οὗτοι μετὰ τῶν θεῶν. εἰ δὴ τούτων εἷς γένοιο, πῶς μὲν οὐ κλειτὸς αὐτὸς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις γένοιο; ζηλωτὸν δὲ καὶ τὸν πατέρα ἀποδείξεις, περίβλεπτον δὲ ἀποφανεῖς καὶ τὴν πατρίδα. ταῦτα καὶ ἔτι τούτων πλείονα διαπταίουσα καὶ βαρβαρίζουσα πάμπολλα εἶπεν ἡ τέχνη, μάλα δὴ σπουδῇ συνείρουσα, καὶ πείθειν με πειρωμένη. ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι.

ń discere cœpisti, familiaris adeò tibi & cognata à parentibus. Nam & avus tuus (addens nomen avi materni) marmorarius fuit, & avunculus pariter & patruus tuus eandem artem exercuêre, & per nos inter præcipuos celebrati sunt. Quod si igitur voles deliriis ac nugis, circa quas ista versatur (indicans alteram) abstinere, ac mecum degere, principio generosè educaberis, humerosque habebis validos, & ab omni invidia alienus eris, neque unquam in terras alienas, atq; externas hinc abibis, relicta patria atq; domesticis tuis, neque etiam ob verba, & orationem modò laudabunt te omnes. Neque verò averseris corporis hanc fragilitatem, aut vestium sorditiem. Nam his initiis profectus Phidias ille Iovem spectandum exhibuit, & Polycletus Iunonem fabricavit: præterea Myron laudibus vectus est, & Praxiteles in magna admiratione fuit. Adorantur itaque nunc illi cum ipsis Diis. Quod si igitur horum unus tu quoque fores, quomodo non celebris & ipse apud omnes homines fieres? Patrem certè beatum efficeres, & patriam tuam omnibus spectabilem redderes. Hæc atque etiam his plura balbutiendo, & pleraque barbarè pronuntiando dixit ista vana, valde studiose omnia connectens, & me in suam sententiam adducere cupiens. Sed non ultra memini. plurima enim memoriam jam effugerunt. Cæterùm

ubi

μνημαι. τὰ πλεῖστα γὰρ ἤδη μου τὴν μνήμην διέφυγεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατο, ἄρχεται ἡ ἑτέρα ὧδέ πως. Ἐγὼ δὲ, ὦ τέκνον, παιδεία εἰμὶ ἤδη συνήθης σοι, καὶ γνωρίμη, εἰ καὶ μηδέπω εἰς τέλος μου πεπείρασαι. ἡλίκα μὲν οὖν τὰ ἀγαθὰ ποριῇ λιθοξόος γενόμενος, αὕτη προείρηκεν. οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ ἐργάτης ἔσῃ, τῷ σώματι πονῶν, κἀν τούτῳ τὴν ἅπασαν ἐλπίδα τοῦ βίου τεθειμένος. ἀφανὴς μὲν αὐτὸς ὤν, ὀλίγα καὶ ἀγεννῆ λαμβάνων, ταπεινὸς τὴν γνώμην, εὐτελὴς δὲ τὴν πρόοδον. οὔτε φίλοις ἐπιδικάσιμος, οὔτε ἐχθροῖς φοβερὸς, οὔτε τοῖς πολίταις ζηλωτὸς, ἀλλ' αὐτὸ μόνον ἐργάτης, καὶ τῶν ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου εἷς, ἀεὶ τὸν προὔχοντα ὑποπτήσσων, καὶ τὸν λέγειν δυνάμενον θεραπεύων λαγὼ βίον ζῶν, καὶ τοῦ κρείττονος ἕρμαιον ὤν εἰ δὲ καὶ Φειδίας ἢ Πολύκλειτος γένοιο, καὶ θαυμαστὰ πολλὰ ἐξεργάσαιο, τὴν μὲν τέχνην ἅπαντες ἐπαινέσονται, οὐκ ἔστι δὲ ὅς τις τῶν ἰδόντων, εἰ νοῦν ἔχοι, εὔξαιτ' ἂν σοὶ ὅμοιος γενέσθαι οἷος γὰρ ἂν ᾖς, βάναυσος, καὶ χειρῶναξ. καὶ ἀποχειροβίωτος νομισθήσῃ. ἢν δέ μοι πείθῃ, πρῶτον μέν σοι πολλὰ ἐπιδείξω παλαιῶν ἀνδρῶν ἔργα, καὶ πράξεις θαυμαστὰς, καὶ λόγους αὐτῶν ἀπαγγέλλουσα, καὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, ἔμπειρον ἀποφαίνουσα, καὶ τὴν ψυ-

χὴν

ubi tandem finem fecit, tum altera illa in hunc fermè modum orditur. Ego verò, ô fili, Humanitas sum jam nunc consuita ac nota tibi, tametsi ad finem aut plenum nondum periculum mei feceris. Quanta igitur bona acquisiturus sis, si eam artem didiceris, ipsa modò enumeravit. Nihil enim aliud nisi operarius eris, corpore laborans, & in co totam spem vitæ positam habens: obscurus ipse degens, modicum & minimè generosum quæstum faciens: dejectus animo tenuis ac pauper reditibus. Neque amicis in Judiciis auxilio eris, neq; inimicis formidabilis, neque etiam inter cives beatus, sed hoc solum opifex videlicet quispiam, & ex multa atque promiscua plebe unus, præstantiorem te semper formidans, & dicendo valentem præ oculis habens ac palpans, & in summa leporis quandam vitam agens, potentiorisq; lucrum existens. Quod si etiam Phidias, vel Polycletus fueris, præclaraq; & admiratione digna, multa opere præstiteris, artem quidem laudabunt omnes, at qui ex aspicientibus tibi similis esse optarit, modò mentem habeat, nemo erit. Qualis qualis enim fueris, nihil nisi rudis quispiam artifex manibus laborans, & iisdem victum queritans censeberis. Contra autem si mihi obsequeris, principio tibi ostendam multæ veterum virorum præclara opera, & res admiratione dignas, & orationes illorum tibi renuntiando, & omnium (ut sic dicam)

χὴν ὅπερ σοι κυριώτατόν ἐστι, κατακοσμήσω πολλοῖς, καὶ ἀγαθοῖς κοσμήμασι, σωφροσύνῃ, δικαιοσύνῃ, εὐσεβεία, πρᾳότητι, ἐπιεικεία, συνέσει, καρτερεία, τῷ τῶν καλῶν ἔρωτι, τῇ πρὸς τὰ σεμνότατα ὁρμῇ. ταῦτα γάρ ἐστιν ὁ τῆς ψυχῆς ἀκήρατος ὡς ἀληθῶς κόσμος. λύσει δέ σε οὔτε παλαιὸν οὐδὲν, οὔτε νῦν γενέσθαι δέον, ἀλλὰ καὶ τὰ δέοντα προόψει μετ' ἐμοῦ, καὶ ὅλως ἅπαντα ὁπόσα ἐστὶ τά τε θεῖα, τά τε ἀνθρώπινα, οὐκ εἰς μακρὰν διδάξομαι, καὶ ὁ νῦν πένης, ὁ τοῦ δεῖνος ὁ βουλευόμενός τι περὶ ἀγεννοῦς οὕτω τέχνης, μετ' ὀλίγον ἅπασι ζηλωτὸς, καὶ ἐπίφθονος ἔσῃ, τιμώμενος, καὶ ἐπαινούμενος, καὶ ἐπὶ τοῖς ἀρίστοις εὐδοκιμῶν, καὶ ὑπὸ τῶν γένει καὶ πλούτῳ προὐχόντων ἀποβλεπόμενος. ἐσθῆτα μὲν τοιαύτην ἀμπεχόμενος, (δείξασα τὴν ἑαυτῆς, πάνυ δὲ λαμπρὰν ἐφόρει,) ἀρχῆς δὲ καὶ προεδρίας ἀξιούμενος. κἂν πῃ ἀποδημῇς, οὐδ' ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἀγνὼς, εἰ δ' ἀφανὴς ἔσῃ. τοιαῦτά σοι περιθήσω τὰ γνωρίσματα, ὥστε τῶν ὁρώντων ἕκαστος, τὸν πλησίον κινήσας, δείξει σε τῷ δακτύλῳ, οὗτος ἐκεῖνος λέγων. ἂν δέ τι σπουδῆς ἄξιον ᾖ, καὶ τοὺς φίλους ἢ καὶ

τὴν

um) expertum te reddendo, animum (quod præcipuum in te est) exornabo tibi multis ac præclaris ornamentis, modestia scilicet, justitia, pietate, mansuetudine, æquitate, prudentia, fortitudine, amore honesti, & pulcherrimarum quarumcunque rerum desiderio Hæc enim verè syncera sunt animi ornamenta. Neq; autem latebit te vel veterum quicquã, vel eorum quæ in præsens geri debet, sed ea quæ facienda sunt, quæq; fieri decet, me duce prospicies: & in summa omnia quæcunq; seu divina, seu humana sint, parvo tempore docebo te, & qui nunc pauper atq; inops es, istius nescio cujus filius, qui de arte adeò illiberali, nescio quid consultas, haud ita multò post nimium felix, nimiumq; beatus omnibus videberis. dum honoribus afficieris & laudibus efferreris, & pulcherrimarum quarumcunq; rerum gloria celebraberis, illorum etiam qui divitijs ac genere antestant in te animis ac oculis conversis. Ac vestitum quidem talem geres (demonstrans suum, gerebat autem admodum splendidum) Magistratibus verò & primò in consessu honore ante alios dignus existimaberis. Et si quando aliquò peregrè abiens proficisceris, etiam in aliena terra, non ignotus aut obscurus eris. Talibus scilicet ornamentis ego te insignem atq; conspicuum reddam, ut eorum quoq; qui te aspicient, quisque proximè astantem leniter impellens & commovens digito te demonstret, atq; hic est ille dicat. Iam si quid

τὴν πόλιν ὅλην καταλαμβάνῃ, εἰς σὲ πάντες ἀποβλέπονται. κἂν πού τι λέγων τύχῃς, κεχηνότες οἱ πολλοὶ ἀκούσονται, θαυμάζοντες, καὶ εὐδαιμονίζοντές σε τῶν λόγων τῆς δυνάμεως, καὶ τὸν πατέρα τῆς εὐποτμίας. ὃ δὲ λέγουσιν, ὡς ἄρα ἀθάνατοι γίγνονταί τινες ἐξ ἀνθρώπων, τοῦτό σοι περιποιήσω. καὶ γὰρ ἢν αὐτὸς ἐκ τοῦ βίου ἀπέλθῃς, οὔποτε παύσῃ συνὼν τοῖς πεπαιδευμένοις, καὶ προσομιλῶν τοῖς ἀρίστοις. ὁρᾷς τὸν Δημοσθένη ἐκεῖνον, τίνος υἱὸν ὄντα, ἐγὼ ἡλίκον ἐποίησα; ὁρᾷς τὸν Αἰσχίνην, ὃς τυμπανιστρίας υἱὸς ἦν, ἀλλ' ὅμως αὐτὸν δι' ἐμὲ Φίλιππος ἐθεράπευσεν; ὁ δὲ Σωκράτης, καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῇ ἑρμογλυφικῇ ταύτῃ τραφείς, ἐπειδὴ τάχιστα συνῆκε τοῦ κρείττονος, καὶ δραπετεύσας παρ' αὐτῆς αὐτομόλησεν ὡς ἐμέ, ἀκούεις ὡς παρὰ πάντων ᾄδεται; ἀφεὶς δὲ αὐτοὺς τηλικούτους, καὶ τοιούτους ἄνδρας, καὶ πράξεις λαμπράς, καὶ λόγους σεμνούς, καὶ σχῆμα εὐπρεπές, καὶ τιμήν, καὶ δόξαν, καὶ ἔπαινον, καὶ προεδρίας, καὶ δύναμιν, καὶ ἀρχάς, καὶ τὸ ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμεῖν, καὶ τὸ ἐπὶ συνέσει εὐδαιμονίζεσθαι, χιτώνιόν τε πιναρὸν ἐνδύσῃ, καὶ σχῆμα δουλοπρεπὲς ἀναλήψῃ, καὶ μοχλία, καὶ

γλυ-

quid studio dignum accidet, quod vel ad amicos
vel etiā ad ipsam civitatē pertinebit, omnes in
te oculos atq; ora convertent. Ad si tum aliquid
fortè dixeris, plerīq; biantes auscultabunt, ad-
mirantes & prædicantes, tum ob dicendi vim,
& orationis potestatem, tum etiam patrē tuum
ob felicitatem prolis: & quod dici vulgò solet,
quod ex hominibus quidam immortales reddun-
tur, id quoque tibi dabo: Nam postquam ipse
ex hac vita discesseris, nunquam desines con-
versari doctis, & consuetudinem habere cum
optimis. Demosthenem illum certè vides cujus
filius fuerit, & quantum ego eundem reddide-
rim. vides & Æschinem qui Tympanistriæ
cujusdam filius erat, & tamen propter me e-
tiam Philippus Rex illum palpavit. Socrates
autem qui & ipse inter statuariam hanc artem
enutritus fuit, simulatq; primum intelligere
cœpit meliora, & relicta illa transfugit ad me,
nimirum audis, ut nunc ab omnibus decante-
tur? Igitur relinquens tantos ac tales hosce vi-
ros, res adeò splendidas, orationes tam graves
ac illustres, vestium ornamenta, honorem, fa-
mam, laudem, primos assessus, potentiam, im-
peria, denique & illam quam ex dicendo con-
sequeris gloriam, & qua te omnes ob prudenti-
am prædicabunt felicitatem, tuniculam aliquā
indues sordidam, habitumq; assumes servilem,
vectes præterea, scalpra, & id genus cætera

scul-

γλυφεῖα, καὶ κοπέας, καὶ κολαπτῆρας ἐν ταῖν χεροῖν ἕξεις, κάτω νενευκὼς εἰς τὸ ἔργον, χαμαιπετὴς καὶ χαμαίζηλος, καὶ πάντα τρόπον ταπεινός. ἀνακύπτων δὲ οὐδέποτε οὐδὲ ἀνδρῶδες οὐδὲ ἐλευθέριον οὐδὲν ἐπινοῶν, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔργα, ὅπως εὔρυθμα, καὶ εὐσχήμονα ἔσται σοι, προνοῶν ὅπως δὲ αὐτὸς εὔρυθμός τε, καὶ κόσμιος ἔσῃ, ἥκιστα πεφροντικὼς, ἀλλ' ἀτιμότερον ποιῶν σεαυτὸν λίθων. ταῦτα ἔτι λεγούσης αὐτῆς οὐ περιμένας ἐγὼ τὸ τέλος λόγων ἀναστὰς ἀπεφηνάμην, καὶ τὴν ἄμορφον ἐκείνην, καὶ ἐργατικὴν ἀπολιπὼν, μετέβαινον πρὸς τὴν παιδείαν μάλα γεγηθὼς, καὶ μάλιστα, ἐπεί μοι καὶ εἰς νοῦν ἦλθεν σκυτάλη, καὶ ὅτι πληγὰς εὐθὺς οὐκ ὀλίγας ἀρχομένῳ μοι χθὲς ἐνετρίψατο. ἡ δὲ ἀπολειφθεῖσα, τὸ μὲν πρῶτον ἠγανάκτει καὶ τὼ χεῖρε συνεκρότει, καὶ τοὺς ὀδόντας ἐνέπριε. τέλος δὲ, ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀκούομεν, ἐπεπήγει καὶ εἰς λίθον μετεβέβλητο. εἰ δὲ παράδοξα ἔπαθε, μὴ ἀπιστήσητε. θαυματοποιοὶ γὰρ ὄνειροι. ἡ ἑτέρα πρὸς μὲ ἀπιδοῦσα, τοιγαροῦν ἀμείψομαί σε, ἔφη, τῆσδε τῆς δικαιοσύνης, ὅτι καλῶς τὴν δίκην ἐδίκασας, καὶ ἐλθὲ ἤδη, ἐπίβηθι τούτου τοῦ ὀχήματος (δείξασά τι ὄχημα ὑποπτέρων ἵππων τινῶν, τῷ Πηγάσῳ ἐοικότων) ὅπως ἴδῃς οἷα καὶ ἡλίκα μὴ ἀκολουθήσας

ἐμοὶ

observatu difficiles, adeò ut ne minimum
quidem nos connivere sinant) longo jam
ad Atticam regionem oculos non converti
tẽpore, maximè posteaquã philosophia &
de verbis digladiationes apud istos incre-
buerunt,

των, οὐδὲ ἐπακούειν ἐστὶ τῶν εὐχῶν. ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπιτετρῖφθαι πρὸς αὐτῶν, ἀρετήν τινα καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. διὰ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη πρὸς ἡμᾶς, οὐ φαῦλον ὄντα. ὅμως δὲ τὸν Πλοῦτον ὦ Ἑρμῆ παραλαβὼν, ἄπιθι παρ' αὐτὸν κατὰ τάχος· ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ τὸν Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν οὕτω ῥαδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τῆς οἰκίας. περὶ δὲ τῶν κολάκων ἐκείνων, καὶ τῆς ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὲν σκέψομαι, καὶ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὰν τὸν κεραυνὸν ἐπισκευάσω. κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀποστομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγισται, ὁπότε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν σοφιστὴν Ἀναξαγόραν, ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς, μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. ἀλλ' ἐκείνου μὲν διήμαρτον. ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς. ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον παρασκήψας, ἐκεῖνό τε κατέφλεξε,

κἀ

buerunt, ita ut pugnantibus inter se istis, vociferantibusque ne exaudire quidem mortalium vota liceat. Unde mihi necessum est, aut auribus obturatis sedere, aut dirumpi ab eis, conficique, qui virtutem quandam, & incorporea quędam, merasque nugas ingenti vociferatione connectunt. Hæc in caussa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, cùm haud mediocriter de nobis sit meritus. Quod reliquum est, Mercuri, tu, assumpto Pluto celeriter ad istum abeas. Porrò Plutus unà secum ducat, & Thesaurum, & utrique apud Timonem perseverent, neque adeò facile demigrent, etiamsi quam maximè illos præ bonitate rursum ex ædibus exegerit. Cæterùm de palponibus illis, atque ingratitudine qua in hunc sunt usi in posterum consultabo, pœnásque daturi sunt, simul atque fulmen instauravero. Nam fracti sunt in eo retusa cuspide duo è radiis maximi, cùm nuper avidius in sophistam Anaxagoram jacularer, quin suis familiaribus suadebat, nullo pacto esse ullos nos, qui dii vocaremur. Ac illú quidem errore non feriebam, propterea quod Pericles obtenta manu eum protexerit. Cæterùm fulmen in Castoris ac Pollucis templú detortú tum illud

καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνετρίβη παρὰ τὴν πέτραν. πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔσται αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν. Ερμ. οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀχληρὸν εἶναι καὶ θρασύν; οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον. ἰδοὺ γὰρ αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου καταστήσεται ὁ Τίμων, βοήσας καὶ παῤῥησιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ἐπιστρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ἐπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἔσκαπτεν ἀμελούμενος. Πλουτ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι ὦ Ζεῦ παρ' αὐτόν. Ζ. διὰ τί ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα ἐμοῦ κελεύσαντος; Πλουτ. ὅτι νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέριζε, καὶ ταῦτα, πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα. καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χειρῶν ἀποῤῥιπτοῦντες. αὖθις οὖν ἀπέλθω, παρασίτοις καὶ κόλαξι παραδοθησόμενος; ἐπὶ ἐκείνους ὦ Ζεῦ πέμπε με, τοὺς αἰσθησομένους τῆς δωρεᾶς, τοὺς περιέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ καὶ περιπόθητος. οὗτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ ξυνέστωσαν, ἣν προ-

illud exuffit, tum ipsum parũ abfuit, quin ad ſaxum comminueretur. Quanquam interim vel id ſupplicii ſatis magnum in iſtos fuerit, ſi Timonem conſpexerint egregiè locupletem factum. MERCVR. Quantum habet momenti altum vociferari, & obſtreperum audacémq; eſſe? Idq; non iis nodo, qui cauſſas agunt, verùm etiam qui vota faciunt cõducibile. En mox è pauperrimo dives evaſerit Timon, qui ſe imprecando clamoſũm & improbum præſtiterit, Jovemq; reddiderit attentum. Si verò ſilẽtio fodiſſet mutans, etiam nunc foderet neglectus. PLVTVS. At ego Jupiter haud quaquam ad iſtum rediturus ſum. IVPIT. Quid ita non rediturus optime Plute, præſertim à me juſſus? PLVTVS. Quoniam per Jovem injuria me affecit ejiciens, & in multa fragmenta diſſecans, idque cùm illi paternus eſſem amicus, ac me penè dixerim, furca ex ædibus expulit, nec aliter quàm ii, qui è manibus ignem abjiciũt. Num rurſus ad iſtum ibo, paraſitis, & adulatoribus donandus? Ad eos me mitte, ô Iupiter, qui munus intellecturi ſint, qui amplexuri, quibus equidem in pretio ſim, & majorem in modum exoptatus. At hi ſtupidi cum inopia commercium habeant quam nobis anteponunt,

προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς λαβόντες, καὶ δίκελλαν, ἀγαπῶσιν ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι. Ζ. οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περί σε, πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὴν ὀσφῦν, ὡς χρῆν σε αὐτὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. σὺ μέν τοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀναπετάσας, ἠφίει περινοστεῖν ἐλευθέρως, οὔτε ἀποκλείων, οὔτε ζηλοτυπῶν. ἄλλο τε γὰρ τοὐναντίον ἠγανάκτεις κατὰ τῶν πλουσίων, κατακεκλεῖσθαι λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ μοχλοῖς, καὶ κλεισὶ, καὶ σημείων ἐπιβολαῖς, ὡς μηδὲ παρακύψαι σοι ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. ταῦτα γοῦν ἀπωδύρου πρός με, ἀποπνίγεσθαι λέγων ἐν πολλῷ τῷ σκότῳ, καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνου, καὶ φροντίδος ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους πρὸς τὸ ἔθος τῶν συλλογισμῶν, καὶ ἀποδράσασθαι ἀπειλῶν, εἰ καιροῦ λάβοιο παρ' αὐτῶν. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι ἐν χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δα-

nunt, ut ab eo accepto ſago pelliceo, ligonéque, ſat habeant, cùm quatuor lucrantur obolos, decem talenta contemptim dono dare ſoliti. IUPITER. Nihil iſtiuſmodi poſthac in te facturus eſt Timon, quippe quem ligo abunde ſatis corripuerit, niſi prorſus nullum dolorem ſentiunt illius ilia, te videlicet potius præoptandum quàm inopiam. At tu mihi querulus admodum videris eſſe, qui nunc Timonem incuſes, quod tibi patefactis foribus liberè permiſerit vagari, neque includens, neque zelotypus in te. Porrò alias diverſa de cauſſa in divites ſtomachabare, cùm diceres, te ab illis repagulis, clavibus ac ſignorum objectaculis impreſſis ita fuiſſe concluſum, ut ne proſpicere quidem in lucem tibi liceret. Id igitur apud me deplorabas, affirmans præfocari te nimis tenebris, eóque pallidus nobis videbaris, & curis confectus, digitis etiamnum ex aſſiduo colligendi, coacervandíque uſu contractis, contortíſque: quod ſi quando daretur opportunitas, aufugiturum quoque ab illis te minitabare. In ſumma, rem ſupra modum acerbam judicabas in æreo ferreóque thalamo, Da-

Δανάην παρθενεύεσθαι, ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμπονήροις παιδαγωγοῖς ἀνατρεφόμενον τῷ τόκῳ, καὶ τῷ λογισμῷ. ἄτοπα γοῦν ποιεῖν ἔφασκες αὐτοὺς, ἐρῶντας μὲν εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν οὐ τολμῶντας, οὐδὲ ἐπ' ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίους γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τὴν ἐν τῇ φάτνῃ κύνα, μήτε αὐτὴν ἐσθίουσαν τῶν κριθῶν, μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. καὶ προσέτι γε καὶ κατεγέλας αὐτῶν φειδομένων, καὶ φυλαττόντων, καὶ τὸ καινότατον. αὐτοὺς ζηλοτυπούντων, ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότριψ ὑπεισιὼν λαθραίως, ἐμπαροινήσει τὸν κακοδαίμονα, καὶ ἀνέραστον δεσπότην, πρὸς ἀμαυρόν τι καὶ μικρόστομον λυχνίδιον, καὶ διψαλέον θρυαλλίδιον, ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, πάλαι μὲν σὲ ταῦτα αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν; ΠΛΟΥΤ. καὶ μὴν εἴ γε

τ' ἀλη

Danaes exemplo virginem asservari, atque à sceleſtiſſimis educari pædagogis, fœnore & computatione. Proinde absurdè facere ajebas, quod te præter modum adamarent, neque cùm liceret, frui auderent, neque cum ipsis esset in manu, amore suo securè uterentur, sed vigiles observarent, ad signum ac seram oculis nunquam conniventibus, neque usquam dimotis semper intuentes, abundè magnum fructum arbitrantes, non quod ipsis fruendi facultas adesset, sed quod nemini fruendi copiam facerent, non aliter quàm in præsepi canis, nec ipse vescens hordeis, nec equum famelicum id facere sinens. Quinetiam ridebas istos, qui parcerent, & asservarent, & quod (esset absurdissimum) etsi quidem sibi subtraherent, vererentúrque contingere, non intelligerent autem fore, ut aut sceleratissimus famulus aut dispensator, aut liberorum pædagogus furtim subiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quam postea sinat ad obscuram, & oris angusti lucernulam, ac siticulosum ellychniolum usuris invigilare. Annon igitur iniquum, cùm hæc quondam incusaveris, nunc in Timone diversa his criminari? PLVTVS. Atqui si rem verè perpenderis, utrumque me

jur

τ' ἀληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. τοῦτε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον, ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν, ὡς πρὸς ἐμὲ εἰκότως ἂν δοκοίη. τοὺς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις, καὶ σκότῳ φυλάττοντας. ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελὴς, καὶ ὑπέρογκος, ἐπιμελουμένους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι καὶ ὑβριστὰς, οὐδὲν ἀδικοῦντά με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας, οὐκ εἰδότας ὡς μετὰ μικρὸν ἄπιασιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες. οὔτ' οὖν ἐκείνους, οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅπερ ἄριστόν ἐστι. μέσον ἐπιθήσοντας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τὸ παράπαν, μήτε προησομένους τὸ ὅλον. Διόπερ καὶ αὐτὸς πολλάκις ἀγανακτῶ, πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λακτιζόμενος, καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλούμενος, ὑπ' ἐνίων δὲ, ὥσπερ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος. Ζ. τί οὖν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; διδόασι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην. οἱ μὲν ὥσπερ ὁ Τάν-

ταλος

iure facere judicabis. Nam & Timonis ista nimia lenitas, negligentia potius, haud benevolentia, ſtudiumque quod ad me pertinet, meritò videatur. At è diverſo, qui me oſtiis ac tenebris incluſum ſervabant, id agentes, quo ſcilicet craſſior ſaginatiorque, ac nimia mole turgidus evaderem, cùm interim neque ipſi contingerent, neque in lucem producerent, ne vel aſpicerer a quopiam, hos dementes & contumelioſos in me judicabam, quippe qui me nihil commeritum tot in vinculis cogerent ſitu carieque putreſcere, haud intelligentes, quo mox demigrent, me alii cuipiam, cui fortuna faverit, relicturi. Neque hos igitur probo, neque illos, qui nimium facile mihi manus admovent, ſed qui (quod eſt optimum) mediocritate utuntur, uti nec prorſus abſtineant, nec penitus profundant. Quare & ipſe ſæpè indignor, cùm à nonnullis ignominiosè cædor calcibus, laniórque, atque exhaurior, à nonnullis contra perinde ac ſtigmaticus fugitivus compedibus vincior. IUPITER. Quid igitur indignaris contra illos? quandoquidem utrinque pœnas egregias luunt: alteri quidem dum Tanta-

τυλος ἄποτοι καὶ ἄγευστοι καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ, οἱ δὲ καθάπερ ὁ Φινεὺς ἀπὸ τῆς φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. ἀλλ' ἄπιθι ἤδη, σωφρονεστέρῳ παραπολὺ τῷ Τίμονι ἐντευξόμενος. Πλοῦτ. ἐκεῖνος γάρ ποτε παύσεται, ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου, πρὶν ὅλως εἰσρυῆναί με κατὰ σπουδὴν ἐξαντλῶν, φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιρροήν, μὴ ὑπέραντλος, εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥστε ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος, ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιρρέοντος, οὕτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς τοῦ πίθου, καὶ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος. Ζ. οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξηται τὸ κεχηνὸς τοῦτο, καὶ εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου, ῥαδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν. αὖθις, καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, καὶ πλουτίζετε αὐτόν. σὺ δὲ μέμνησο ὦ Ερμῆ ἐπανιὼν, πρὸς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς κύκλωπας ἐκ τῆς αἴτνης, ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσιν, ὡς ἤδη γε τεθηγμένου αὐτοῦ δεησόμεθα. Ερ. προΐωμεν ὦ Πλοῦτε.

τί

li in morem, neque bibere ſinuntur, neque edere; ſed ore ſicco duntaxat inhiant auro: alteri verò dum illis ceu Phyneo cibos Harpyiæ ipſis è faucibus eripiunt. Sed abi jam, Timone multò poſthac uſurus cordatiore. PLVTVS. An ille aliquando deſinet me ceu foraminoſo cophino, priuſquam omninò influxerim, data opera exhaurire, quaſi conetur occupare, quo minus influam, veritus ne ſi copioſus infundar, ipſum undis obruam? Quo fit, ut in Danaidum dolium aquam mihi videar allaturus, fruſtráque infuſurus, vaſe non continente liquorem, imo prius propemodum effuſo quod influit quàm influxerit. Adeo latus dolii hiatus ad effuſionem, ac liber exitus. IUPITER. Proinde ni hiatum iſtum obturaverit, perpetuámque perſtillationem ſiſtere ſtuduerit, te propediem effuſo facile inveniet ſagum rurſus & ligonem in fæce dolii. ſed interim abite, atque illum divitem reddite. At tu, Mercuri, fac memineris, ut rediens Cyclopas ex Ætna tecum adducas, quo fulmen cuſpide reſtituta reſarciant. Nam eo nobis acuminato opus fuerit. MERCUR. Eamus Plute. Quid hoc? Num claudicas?

τί τοῦτο ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με ὦ γεννάδα οὐ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν. Πλοῦ. οὐκ ἀεὶ τοῦτο ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ᾽ ὁπόταν μὲν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα, προγηράσαντος ἐνίοτε τοῦ περιμένοντος, ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει πολὺ τῶν ὀρνέων ὠκύτερον. ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκὼς ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. Ἑρ. οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐγὼ γοῦν καὶ πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ὥστε πρίασθαι βρόχον ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τήμερον πλουσίους καὶ πολυτελεῖς ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ καὶ ὄνος ὑπῆρξε πώποτε, καὶ ὅμως πορφυροὶ, καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται, οὐδ᾽ αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι, ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν. Πλοῦτ. ἑτεροῖον τοῦτ᾽ ἐστὶν ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε, οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ᾽ ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ᾽ αὐτοὺς, ἅτε πλουτοδότης καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν· δηλοῖ γοῦν,

Equidem ignorabam ô præclare, te non cæcum modò, verùm etiam claudum esse. PLVTVS. Atqui non hoc mihi perpetuum, Mercuri, verùm si quando proficiscor à Jove missus ad quempiam, tum nescio quo pacto tardus sum, & utroque claudus pede, ita ut ægrè ad metam pertingere queam, sene nonnunquam interim facto, qui me opperiebatur. Porrò cum discedendum est, alatum videbis multò avibus celeriorem. Unde fit, ut vix jam amoto repagulo, ego jam præconis voce victor pronuncier, saltu stadium transmensus, ne videntibus quidem aliquoties spectatoribus. MERCUR. At ista quidem haud vera narras, imo ego tibi permultos commemorare queam, quibus heri ne obolus quidem erat, quo restim emerent, statim verò hodie divites & sumptuosi in albo curru aurigantes, quibus ante ne asellus quidem suppeditarit. Ji tamen purpurati, aurúmque manibus gestantes obambulant. Qui ne ipsi quidem, opinor, credere possunt, quin per somnium divites. PLVT. Isthæc alia res est, Mercuri, neque enim tum meis ipsius ingredior pedibus, nec à Jove, sed à Dite ad istos transmittor, qui & ipse nimirum opum largitor est,

καὶ τῷ ὀνόματι. ἐπειδὰν τοίνυν μετοι-
κισθῆναι δέῃ με παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον,
ἐς δέλτον ἐμβαλόντες με, καὶ καταση-
μηνάμενοι ἐπιμελῶς, φορηδὸν ἀράμενοι
μετακομίζουσι. καὶ ὁ μὲν, νεκρὸς ἐν σκο-
τεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται ὑπὲρ τὰ
γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος,
περιμάχητος ταῖς γαλαῖς, ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελ-
πίσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κε-
χηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπε-
τομένην, τετριγότες οἱ νεοττοί. ἐπεὶ
δ' ἂν καὶ τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ
λίνον ἐντμηθῇ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ,
καὶ ἀνακηρυχθῇ μου ὁ καινὸς δεσπότης,
ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ οἰκέτης,
μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γυναῖος ἀπολα-
βὼν, ἐκεῖνος μὲν, ὅς τις ἂν ᾖ, ποτὲ
ἁρπασάμενός με, αὐτῇ δέλτῳ θέει φέρων
ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου, ἢ Δρόμωνος, ἢ
Τιβίου, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρώ-
ταρχος μετονομασθεὶς, τοὺς μάτην κεχη-
νότας ἐκείνους εἰς ἀλλήλους ἀποβλέποντας
καταλιπὼν, ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος,
οἷος αὐτοὺς ὁ θύννος ἐκ μυχοῦ τῆς σα-
γήνης διέφυγεν, οὐκ ὀλίγον τὸ δέλεαρ
καταπιών. ὁ δὲ ἐμπεσὼν ἀθρόως ἐς ἐμὲ ἀ-
πειρόκαλος, καὶ παχύδερμος ἄνθρωπος, ἔτι
τὴν

ac magna donans: id quod ipſo etiam nomine declarat. Itaque quoties eſt mihi ab alio ad alium demigrandum, in tabellas injiciunt me, ac diligenter obſignantes ſarcinæ in morem ſublatum tranſportant. Interea defunctus ille alicubi in ædium tenebricoſa parte jacet, vetere linteo ingenua injecto tectus, de quo feles digladiantur. Porrò qui me ſperaverant obtinere, in foro opperiuntur hiantes, non aliter, quàm hirundinem advolantem ſtridentes pulli. Deinde ubi ſignum detractum eſt, & lineus ille funiculus inciſus, apertæque tabellæ, jamque novus dominus pronunciatus eſt, ſive cognatus quiſpiam, ſive adulator, ſive ſervus, ingens ſcilicet præmium ferens generoſus quiſquis ille tandem fuerit, nonnunquam me ipſis cum tabellis arreptum, fugiens adportat commutato nomine, ut qui modò Pyrrhias, aut Dromo, aut Tibius, aut Megacles, aut Megabyzus, aut Protarchus appelletur. Cæterum illos ne quicquam hiantes, ſeque mutuum intuentes relinquit, ac verum luctum agentes, quod ejuſmodi thynnus ex intimo ſagenæ ſinu ſit elapſus, qui non parum magnam eſcam devorarit. At hic repente totus in me irruens, homo vitæ mundioris, atque elegantioris, rudis, pingui, illotáque cute,

τὴν πέδην περιῃρηκὼς, καὶ εἰ παρὼν ἄλλος μαστίξειέ τις, ὄρθιον ἐφιστὰς τὸ οὖς, καὶ τὸν μυλῶνα ὥσπερ τὸ ἀνάκτορον προσκυνῶν, οὐκ ἔτι φορητός ἐστι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ἀλλὰ τούς τε ἐλευθέρους ὑβρίζει, καὶ τοὺς ὁμοδούλους μαστιγοῖ, ἀποπειρώμενος, εἰ καὶ αὐτῷ τὰ τοιαῦτα ἔξεστιν, ἄχρις ἂν ἢ ἱπποτροφίας ἐπιθυμήσας, ἢ κόλαξι παραδοὺς ἑαυτὸν ὀμνύουσιν, ἦ μὴν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέστερον δὲ τοῦ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον δὲ τοῦ Ὀδυσσέως, πλουσιώτερον δὲ συνάμα Κροίσων ἑκκαίδεκα, ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ἄθλιος ἐκχέῃ τὰ κατ' ὀλίγον ἐκ πολλῶν ἐπιορκιῶν καὶ ἁρπαγῶν καὶ πανουργιῶν συνειλεγμένα. Ερ. αὐτά που σχεδὸν φῂς τὰ γιγνόμενα. ὁπόταν δ' οὖν αὐτόπους βαδίζῃς, πῶς οὕτω τυφλὸς ὢν εὑρίσκεις τὴν ὁδὸν; ἢ πῶς διαγινώσκεις, ἐφ' οὓς ἄν σε ὁ Ζεὺς ἀποστείλῃ, κρίνας εἶναι τοῦ πλουτεῖν ἀξίους; Πλοῦτ. οἴει γὰρ εὑρίσκειν με οἵτινές εἰσι; Ερμ. μὰ τὸν Δία οὐ πάνυ. οὐ γὰρ Ἀριστείδην καταλιπὼν, Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ προσῄεις, καὶ πολλοῖς ἄλλοις Ἀθηναίων, οὐδὲ ὀβολοῦ ἀξίοις. πλὴν ἀλλὰ τί πράττεις καταπεμφθείς;

Πλοῦτ.

qui compedes etiamdum horrescit, & si quis præteriens loro increpet, arrectis stat auribus, quique pristinum, perinde uti templum adoret, non est deinceps tolerandus iis, quibus cum vivit, verùm & ingenuos afficit contumelia, & conservos flagris cædit, experiens, num & sibi hujusmodi liceant, donec aut equorum alendorum studio captus, aut adulatoribus sese permittens, dejerantibus Nireo formosiorem esse, Cecrope, Codrove generosiorem, callidiorem Vlysse, unum autem vel sedecim pariter Crœsis opulentiorem, momento temporis semel profundat infœlix quæ minutatim multis ex perjuriis, rapinis, flagitiis fuerant collecta. MERCVR. Ista fermè sic habent, uti narras: verùm ubi tuis ipsius ingrederis pedibus, qui tandem cæcus cùm sis, viam invenire soles? Aut quî dignoscis, ad quosnam Jupiter te miserit, dignos illi visos qui divitiis abundent? PLVT. Enimverò credis me reperire istos ad quos mittor? MERCUR. Per Jovem haud quaquam. Neque enim alioqui Aristide præterito, ad Hipponicum & Calliam accessisses, cùm ad alios Athenienses, homines ne obolo quidem æstimandos. Cæterùm quid facis, quandoquidē es emissus?

Πλοῦτ. ἄνω καὶ κάτω πλανῶμαι περινοστῶν, ἄχρις ἂν λάθω τινὶ ἐμπεσών, ὁ δὲ ὅς τις ἂν πρῶτός μοι περιτύχῃ ἀπαγαγὼν ἔχει, σὲ τὸν Ἑρμῆν, ἐπὶ τῷ παραλόγῳ τοῦ κέρδους προσκυνῶν. Ἑρμ. οὐκοῦν ἐξηπάτηται ὁ Ζεὺς, οἰόμενός σε κατὰ τὰ αὐτῷ δοκοῦντα πλουτίζειν ὅσους ἂν οἴηται τοῦ πλουτεῖν ἀξίους; Πλοῦτ. καὶ μάλα δικαίως ὦ 'γαθὲ, ὅς γε τυφλὸν ὄντα εἰδὼς, ἔπεμπεν ἀναζητήσοντα δυσεύρετόν τι οὕτω χρῆμα, καὶ πρὸ πολλοῦ ἐκλελοιπὸς ἐκ τοῦ βίου, ὅπερ οὐδ' ὁ Λυγκεὺς ἂν ἐξεύροι ῥᾳδίως, ἀμαυρὸν οὕτω καὶ μικρὸν ὄν. τοιγαροῦν ἅτε τῶν μὲν ἀγαθῶν ὄντων, πονηρῶν δὲ πλείστων ἐν ταῖς πόλεσι τὸ πᾶν ἐπεχόντων, ῥᾷον ἐς τοὺς τοιούτους ἐμπίπτω περιιὼν, καὶ σαγηνεύομαι πρὸς αὐτῶν. Ἑρμ. εἶτα πῶς ἐπειδὰν καταλίπῃς αὐτοὺς, ῥᾳδίως φεύγεις, οὐκ εἰδὼς τὴν ὁδόν; Πλοῦτ. ὀξυδερκὴς τότε πως καὶ ἀρτίπους γίγνομαι πρὸς μόνον τὸν καιρὸν τῆς φυγῆς. Ἑρμ. ἔτι δή μοι καὶ τοῦτο ἀπόκριναι, πῶς τυφλὸς ὢν, εἰρήσεται γὰρ, καὶ προσέτι ὠχρὸς καὶ βαρὺς ἐκ τοῖν σκελοῖν τοσούτους ἐραστὰς ἔχοις, ὥστε πάντας ἀποβλέπειν εἰς σὲ καὶ τυχόντας

μὲν

Plut. Surſum ac deorſum circumcurſans oberro, donec imprudens in quempiam incurrero. Hic autem, quiſquis ille ſit, qui fortè primus me nactus ſit, abducit, ac poſſidet, te Mercuri pro lucro præter ſpem ſubjecto venerans atque adorans. Mer. Num ergo fallitur Jupiter, qui quidem credat ex ipſius animi ſententia, ditari abs te hos, quos ille dignos exiſtimarit, qui diteſcerent? Plutus. Et jure quidem optimo fallitur ô bone, quippe qui cùm me cœcum eſſe non ignoret, emittat veſtigatum rem uſque adeò repertu difficilem, & jam olim è vita ſublatam, quam ne Lynceus quidem facile inveniret, quæ nimirum adeò obſcura ſit ac minuta. Itaque cum rari ſint boni, improbi porrò in civitatibus omnia obtineant, oberrans facile in hujuſmodi mortales incurro, ac retibus illorum illigor. Mer. At quî fit, ut quoties eos deſeris, celeriter aufugias, cùm viæ ſis ignarus? Plut. Tum demum acutū cerno, pedibúſq; valeo, ubi ad fugam tempus invitat. Mer. Jam illud quoque mihi reſponde, qui fit, ut cùm ſis oculis captus (dicendū enim eſt) præterea pallidus, poſtremò claudus, tam multos habeas amātes, adeò ut omnes reſpiciātin te,

&

μὴ εὐδαιμονεῖν οἴεσθαι, εἰ δὲ ἀποτύχοιεν, οὐκ ἀνέχεσθαι ζῶντας; οἶδα γοῦν τινας οὐκ ὀλίγους αὐτῶν οὕτω σου δυσέρωτας ὄντας, ὥς τε καὶ εἰς βαθυκήτεα πόντον φέροντες, ἔρριψαν αὐτούς. καὶ πετρῶν κατ' ἠλιβάτων, ὑπερορᾶσθαι νομίζοντες ὑπὸ σοῦ, ὅτι περ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἑώρας αὐτούς. πλὴν ἀλλὰ καὶ σὺ ἂν, εὖ οἶδα, ὅτι ὁμολογήσειας, εἴ τι ξυνίης σαυτοῦ, κορυβαντιᾶν αὐτοὺς, ἐρωμένῳ τοιούτῳ ἐπιμεμηνότας. Πλοῦτ. οἴει γὰρ τοιοῦτον, οἷός εἰμι ὁρᾶσθαι αὐτοῖς χωλὸν ἢ τυφλὸν, ἢ ὅσα ἄλλα μοι πρόσεστιν; Ερμ. ἀλλὰ πῶς ὦ Πλοῦτε, εἰ μὴ τυφλοὶ καὶ αὐτοὶ πάντες εἰσί; Πλοῦτ. οὐ τυφλοὶ ὦ ἄριστε, ἀλλ' ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη, αἵπερ νῦν κατέχουσι τὰ πάντα, ἐπισκιάζουσιν αὐτούς. ἔτι δὲ καὶ αὐτὸς ὡς μὴ παντάπασιν ἄμορφος εἴην, προσωπεῖον περιθέμενος ἐρασμιώτατον, διάχρυσον καὶ λιθοκόλλητον, καὶ ποικίλα ἐνδὺς, ἐντυγχάνω αὐτοῖς. οἱ δὲ αὐτοπρόσωπον οἰόμενοι ὁρᾶν τὸ κάλλος, ἐρῶσι, καὶ ἀπόλλυνται μὴ ἐντυγχάνοντες. ὡς εἴ γέ τις αὐτοῖς ὅλον ἀπογυμνώσας ἐπέδειξέ με, δῆλον ὡς κατεγίνωσκον ἂν αὐτῶν ἀμβλυώττοντες τὰ τηλικαῦτα, καὶ ἐρῶντες ἀνεράστων καὶ ἀμόρφων πραγμάτων.

& si potiantur, felices videantur: sin frustrentur, non sustineant vivere? Ex his equidem non paucos novi, qui sic perditè te amarint, ut se aërio scopulo piscosi in æquoris alta, præcipites abjecerint, rati fastidiri sese abs te, propterea quod illos nullo pacto respexisses. Quanquam sat scio, tu quoque fateberis, si quo modo tibi ipsi notus es, furere istos qui ejusmodi amore sunt dementati. PLVTVS. At enim credis me, qualis sum, talem istis videri, nempe claudum aut cæcum, aut siquid aliud adest mihi vitii? MERC. Quid ni, ô Plute? nisi fortè & ipsi omnes cœci sunt. PLVTVS. Haud cœci quidem, ô optime, verùm inscitia errorque, quæ nunc occupant omnia, illis offundunt tenebras: ad hæc ipse quoque ne per omnia deformis sim, persona vehementer amabili tectus inaurata, gemmisq; picturata, ac versicoloribus amictus, eis occurro: illi rati sese nativi vultus venustatem aspicere, amore capiuntur, & pereunt non potientes. Quod si quis me toto corpore renudatum illis ostenderit, dubio procul futurum sit, ut se ipsi damnent, qui tantopere cæcutierint, adamantes res neutiquam amandas ac fœdas. MERCURIUS. Quid ergo posteaquam eò perventum est, ut jam

di-

των. Ερ. τί οὖν ὅτι ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ πλουτεῖν, καὶ τὸ προσωπεῖον αὐτὸ περιθέμενοι, ἔτι ἐξαπατῶνται; καὶ ἢν τις ἀφαιρῆται αὐτοὺς, θᾶττον ἂν τὴν κεφαλὴν ἢ τὸ προσωπεῖον πρόοιντο; οὐ γὰρ δεῖ καὶ τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτοὺς ὡς ἐπίχριστος ἡ εὐμορφία ἐστὶν, ἔνδοθεν τὰ πάντα ὁρῶντας. Πλοῦτ. οὐκ ὀλίγα ὦ Ἑρμῆ, καὶ πρὸς τοῦτό μοι συναγωνίζεται. Ερμ. τὰ ποῖα; Πλοῦτ. ἐπειδάν τις ἐντυχὼν τὸ πρῶτον ἀναπετάσας τὴν θύραν εἰσδέχεταί με, συμπαρεισέρχεται μετ' ἐμοῦ λαθὼν ὁ τῦφος καὶ ἄνοια, ἡ μεγαλαυχία, καὶ ἡ μαλακία, καὶ ὕβρεις, καὶ ἀπάτη, καὶ ἄλλα ἄττα μυρία, ὑπὸ δὴ τούτων ἁπάντων καταληφθεὶς τὴν ψυχὴν, θαυμάζει τε τὰ οὐ θαυμαστὰ, καὶ ὀρέγεται τῶν φευκτῶν, κἀμὲ τὸν πάντων ἐκείνων πατέρα τῶν εἰσεληλυθότων κακῶν τέθηπε, δορυφορούμενον ὑπ' αὐτῶν. καὶ πάντα πρότερον πάθοι ἂν, ἢ ἐμὲ προέσθαι ὑπομείνειεν ἄν. Ερμ. ὡς δὲ λεῖος εἶ ὦ Πλοῦτε, καὶ ὀλισθηρὸς καὶ δυσκάθεκτος καὶ διαφευκτικὸς οὐδεμίαν ἀντιλαβὴν παρεχόμενος βεβαίαν, ἀλλ' ὥσπερ ἐγχέλεις ἢ οἱ ὄφεις διὰ τῶν δακτύλων δραπετεύεις οὐκ οἶδα ὅπως. ἡ πενία δ' ἔμπαλιν ἰξώδης τε καὶ εὐλαβὴς, καὶ μυρία τὰ ἄγκιστρα ἐκπεφυκότα

ἐξ

divites evaſerint, jamque perſonam ſibi circumpoſuerint, rurſum falluntur? Adeò ut ſi quis illis detrahere conetur, penè caput potiùs quàm perſonam abjiciant? Neque enim veriſimile eſt etiam tum illos ignorare, fucatam eſſe formam, cùm intus cuncta inſpexerint. PLUTUS. Ad id non parum multæ res, ô Mercuri, mihi ſunt adjumento. MERCURIUS. Quænam? PLUTUS. Simul atque qui me primum nactus eſt, apertis foribus exceperit, clanculum unà mecum introit elatio, vecordia, jactantia, mollities, violentia, dolus, atque alia item innumerabilia: à quibus omnibus poſteaquam eſt animus occupatus, jam admiratur quæ neutiquam ſunt admiranda, & appetit ea quæ ſunt fugienda, & me cunctorum illorum patrem ingreſſorum malorum ſtupuit, illorum ſatellitio vallatum, quidvis potius paſſurus, quàm uti me compellatur rejicere. MERCURIUS. Ut levis ac lubricus es Plute, retentu difficilis ac fugax, neque ullam præbens anſam certam quo prenſus teneare, ſed neſcio quomodo anguillarum, ac ſerpentum in morem inter digitos elaberis. At è diverſo paupertas viſcoſa, prenſu facilis, totoque corpore

ἐξ ἅπαντος τοῦ σώματος ἔχουσα, ὡς πλησιάσαντας εὐθὺς ἔχεσθαι, καὶ μὴ ἔχειν ῥᾳδίως ἀπολυθῆναι, ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαροῦντας ἡμᾶς πρᾶγμα οὐ μικρὸν διέλαθε. Πλοῦτ. τὸ ποῖον; Ἑρ. ὅτι τὸν θησαυρὸν οὐκ ἐπηγαγόμεθα, οὗπερ ἔδει μάλιστα. Πλοῦ. θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα, ἐν τῇ γῇ αὐτὸν καταλείπων ἀνέρχομαι παρ' ὑμᾶς, ἐπισκήψας ἔνδον μένειν ἐπικλεισάμενον τὴν θύραν, ἀνοίγειν δὲ μηδενὶ, ἢν μὴ ἐμοῦ ἀκούσῃ βοήσαντος. Ἑρ. οὐκοῦν ἐπιβαίνωμεν ἤδη τῆς Ἀττικῆς, καί μοι ἕπου ἐχόμενος τῆς χλαμύδος, ἄχρις ἂν πρὸς τὴν ἐσχατιὰν ἀφίκωμαι. Πλ. εὖ ποιεῖς ὦ Ἑρμῆ χειραγωγῶν, ἐπεὶ ἢν γε ἀπολίπῃς με, Ὑπερβόλῳ τάχα ἢ Κλέωνι ἐμπεσοῦμαι περινοστῶν. ἀλλὰ τίς ὁ ψόφος οὗτός ἐστι, καθάπερ σιδήρου πρὸς λίθον; Ἑρ. ὁ Τίμων οὑτοσὶ σκάπτει πλησίον, ὀρεινὸν καὶ ὑπόλιθον γήδιον. παπαὶ, καὶ ἡ πενία πάρεστι, καὶ ὁ πόνος ἐκεῖνος, ἡ καρτερία τε καὶ ἡ σοφία, καὶ ἡ ἀνδρία, καὶ ὁ τοιοῦτος ὄχλος τῶν ὑπὸ τῷ λιμῷ ταττομένων ἁπάντων, πολὺ ἀμείνους τῶν σῶν δορυφόρων. Πλοῦ. τί οὖν οὐκ ἀπαλλαττόμεθα ὦ Ἑρμῆ τὴν ταχίστην; οὐ γὰρ ἄν τι ἡμεῖς δράσαιμεν ἀξιό-

λογον

corpore mille uncos gerit hamos, ut qui tetigerint, illico hærcant, ne facilè queant avelli. Verùm interea dum nugamur, rem haud parvam omisimus. PLVTVS. Quam? MERCVRIVS. Nempe quia Thesaurum non adduximus, quod vel inprimis erat opus. PLVTVS. Isthac quidam ex parte bono sis animo. Nam non nisi in terra relicto illo ad vos ascendere soleo, jussóque intus manere foribus occlusis, neque cuiquam aperire, nisi me vociferantem audierit. MERCURIUS. Jam igitur Atticam adeamus. Et me sequere chlamydi adhærens, donec extremam viam attigerimus. PLVTVS. Rectè facis Mercuri, cùm me per viam ducis. Etenim si me desereres, forsan oberrans in Hyperbolum aut Cleonem inciderem. Sed quis hic stridor ceu ferri saxo impacti? MERCURIUS. Timon hic est, qui proximè montanum & petricosum fodit solum. Papæ, adest & Paupertas, & Labor ille, tum Robur, Sapientia, Fortitudo, atque id genus aliorum turba quorum omnium agmen fames cogit, longè præstantius quàm tui sint satellites. PLVTVS. Quin igitur quàm ocyssimè discedimus Mercuri? Neque enim ullum

operæ

λογον πρὸς ἄνδρα, ὑπὸ τηλικούτου στρατοπέδου περιεσχημένον. Ἑρμ. ἄλλως ἔδοξε τῷ Διῒ μὴ ἀποδειλιῶμεν οὖν. Πενία. ποῖ τοῦτον ἀπάγεις ὦ ἀργειφόντα, χειραγωγῶν; Ἑρμ. ἐπὶ τουτονὶ τὸν Τίμωνα ἐπεμφθημεν ὑπὸ τοῦ Διός; Πεν. νῦν ὁ Πλοῦτος ἐπὶ Τίμωνα, ὁπότε αὐτὸν ἐγὼ κακῶς ἔχοντα ὑπὸ τῆς τρυφῆς παραλαβοῦσα, τουτοισὶ παραδοῦσα τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πόνῳ, γενναῖον ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον ἀπέδειξα; οὕτως ἄρα εὐκαταφρόνητος ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ, καὶ εὐαδίκητος, ὥσθ' ὃ μόνον κτῆμα εἶχον ἀφαιρεῖσθαί με ἀκριβῶς πρὸς ἀρετὴν ἐξειργασμένον, ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παραλαβὼν αὐτὸν ὕβρει καὶ τύφῳ ἐγχειρήσας ὅμοιον τῷ πάλαι, μαλθακὸν καὶ ἀγεννῆ καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον; Ἑρμ. ἔδοξε ταῦτα ὦ Πενία τῷ Διΐ. Πεν. ἀπέρχομαι. καὶ ὑμεῖς δὲ ὦ Πόνε καὶ Σοφία καὶ οἱ λοιποὶ, ἀκολουθεῖτέ μοι. οὗτος δὲ τάχα εἴσεται, οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει, ἀγαθὴν συνεργὸν, καὶ διδάσκαλον τῶν ἀρίστων, ᾗ συνὼν ὑγιεινὸς μὲν τὸ σῶμα, ἐρρωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπων,

operæ precium fecerimus cum homine e jusmodi vallato exercitu. MERCURIUS Secus* visum est Jovi. quare ne metu deterreamur. PAUPER. Quò hunc nunc Argicida manu abducis? MERCUR. Ad hunc Timonem, ad quem à Jove sumus ire jussi. PAUPER. Itáne rursum Plutus ad Timonem? posteaquam ipsum ego malè habentem ob delicias suscepi commendans, quod sapientiæ & labori, strenuum, multíque precii virum reddidi? Adeóne despicienda, injuriæque idonea vobis Paupertas judicor, ut hunc, quæ mihi unica erat possessio eripiatis, iam exactissima cura ad virtutem excultum, ut Plutus hic ubi denuò susceperit per contumeliam & arrogantiam, illi manu injecta, talem reddiderit, qualis erat dudum, mollem & ignavum ac vecordem, rursum mihi restituat, ubi jam nihili factus erit & rejiculus? MERCURIUS. Sic ô Paupertas Jovi placitum est. PAUPER. Equidem abeo: At vos Labor & Sapientia, reliquique consequimini me. Porrò hic brevi cognoscet, qualis in se fuerim, quam nunc relinquet, népe adjutrix bona, & rerum optimarum doctrix, quacum donec habuit commercium, sano corpore, valentique animo perseveravit, virilem exigens vitam, &

τὰ δὲ πρῶτα καὶ πολλὰ ταῦτα, ὥσπερ ὄζιν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνων. Ερμ. ἀπέρχονται, ἡμεῖς δὲ προσίωμεν αὐτῷ. Τιμ. τίνες ἐστὲ ὦ κατάρατοι; ἢ τί βουλόμενοι δεῦρο ἥκετε, ἄνδρα ἐργάτην καὶ μισθοφόρον ἐνοχλήσοντες; ἀλλ' οὐ χαίροντες ἄπιτε μιαροὶ πάντες ὄντες. ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς αὐτίκα μάλα βάλλων τοῖς βώλοις καὶ τοῖς λίθοις συντρίψω. Ερμ. μηδαμῶς ὦ Τίμων μὴ βάλῃς, οὐ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας βαλεῖς, ἀλλ' ἐγὼ μὲν Ερμῆς εἰμι, οὗτος δὲ ὁ Πλοῦτος. ἔπεμψε δὲ ὁ Ζεὺς, ἐπακούσας τῶν εὐχῶν. ὥστε ἀγαθῇ τύχῃ δέχου τὸν ὄλβον, ἀποστὰς τῶν πόνων. Τιμ. καὶ ὑμεῖς οἰμώξεσθε ἤδη, καίτοι θεοὶ ὄντες, ὥς φατέ, πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ. τουτονὶ δὲ τὸν τυφλὸν, ὅς τις ἂν ᾖ, καὶ ἐπιτρίψειν μοι δοκῶ τῇ δικέλλῃ. Πλοῦτ. ἀπίωμεν ὦ Ερμῆ πρὸς τοῦ Διὸς, μελαγχολᾷν γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐ μετρίως μοι δοκεῖ. μή τε κακὸν ἀπέλθω προσλαβών. Ερμ. μηδὲν σκαιὸν ὦ Τίμων, ἀλλὰ τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον καὶ τραχὺ καταβαλὼν, προτείνας τὼ χεῖρε λάμβανε τὴν ἀγαθὴν τύχην, καὶ πλούτει πάλιν,

καὶ

& ad ſeſe reſpiciens, ſupervacua autem & vulgaria iſta aliena, ita ut ſunt exiſtimans. MERCURIUS. Diſcedunt illi, nos ad eum adeamus. TIMON. Quinam eſtis ô ſceleſti? Aut quid volentes huc veniſtis homini operario mercenarióque negotiū exhibituri? verùm haud quaquam læti abibitis ſceleſti ut eſtis omnes. Nam ego vos illico glebis & ſaxis petitos comminuam. MERCURIUS. Nequaquam, ô Timon, ne ferito, neque enim feries mortales, verùm ego ſum Mercurius, hic Plutus. Miſit nos Jupiter, votis tuis exauditis. Quare, quod benè vertat, opes accipe, deſiſtens a laboribus. TIMON. Atqui vos jam ploraveritis, etiamſi Dii ſitis, ut dicitis. Siquidem odi pariter omnes tum Deos tum homines. Sed hunc cæcum, quiſquis hic fuerit, mihi certum eſt ligone impacto comminuere. PLUTUS. Abeamus per Jovem Mercuri, quandoquidem hic homo mihi videtur non mediocriter inſanire, ne malo quopiam accepto diſcedam. MERCURIUS. Ne quid ferociter Timon, quin exue potius penitus iſtam ferocitatem, aſperitatemque, ac manibus obviis excipe bonam fortunam, rurſum dives eſto,

rurſum

καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα, καὶ ὑπερόρα τῶν ἀχαρίστων ἐκείνων μόνος αὐτὸς εὐδαιμονῶν. Τιμ. οὐδὲν ὑμῶν δέομαι, μὴ ἐνοχλεῖτέ μοι, ἱκανὸς ἐμοὶ πλοῦτος ἡ δίκελλα, τὰ δ' ἄλλα εὐδαιμονέστατός εἰμι, μηδενός μοι πλησιάζοντος. Ἑρμ. οὕτως ὦ τᾶν ἀπανθρώπως; τὸν δὲ φέρω Διῒ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε. καὶ μὴν εἰκὸς ἦν μισάνθρωπον μὲν εἶναί σε, τοσαῦτα ὑπ' αὐτῶν δεινὰ πεπονθότα, μισόθεον δὲ μηδαμῶς, οὕτως ἐπιμελουμένων σου τῶν θεῶν. Τιμ. ἀλλὰ σοὶ μὲν ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διῒ πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας, τουτονὶ δὲ τὸν Πλοῦτον οὐκ ἂν λάβοιμι. Ἑρμ. τί δή; Τιμ. ὅτι καὶ πάλαι μυρίων κακῶν μοι αἴτιος οὗτος κατέστη, κόλαξί τε παραδοὺς, καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγὼν, καὶ μῖσος ἐπεγείρας, καὶ ἡδυπαθείᾳ διαφθείρας, καὶ ἐπίφθονον ἀποφήνας, τέλος δὲ, ἄφνω καταλιπὼν, οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς ἡ βελτίστη δὲ πενία πόνοις με τοῖς ἀνδρικωτάτοις καταγυμνάσασα, καὶ μετ' ἀληθείας καὶ παρρησίας προσομιλοῦσα, τά τε ἀναγκαῖα κάμνοντι παρεῖχε, καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων καταφρονεῖν ἐπαίδευεν, ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρ-

rursum Atheniensium princeps, & despice ingratos istos solus ipse feliciter agens. TIMON. nihil mihi vobis est opus, non obturbate, sat opum mihi ligo, præterea fortunatissimus sum, si nemo propius ad me accesserit. MERCURIUS. Adeóne, quæso inhumaniter? Hæc ego sæva Jovi refero atque immania dicta: atqui par erat forsitan homines tibi habere invisos, ut qui tam multa indigna in te commisissent, deos odio te prosequi nequaquam erat consentaneum, cùm illi tantopere tui curam agant. TIMON. At tibi Mercuri, Jovique quod me respicitis, plurimum equidem habeo gratiam, cæterùm hunc Plutum nequaquam recepero. MERCUR. Quid ita? TIMON. Quoniam pridem innumerabilium malorum hic mihi fuit autor, cum me assentatoribus proderet, insidiatores in me invitaret, conflaret odium, illecebris corrumperet, invidiæ obnoxium redderet, denique cùm me adeò perfidè ac proditoriè destitueret. Contra paupertas optima, me laboribus viro dignissimis exercens mecumque verè & liberè convivens, & quæ opus erant, suppeditavit laboranti, & vulgaria ista contemnere docuit, effecitque ut mihi vitæ spes omnis ex me

ipso

ἀπαρτήσαντά μοι τοῦ βίου, καὶ δείξαντα εἴ τις ἦν ὁ πλοῦτος ὁ ἐμὸς, ὃν οὔτε κόλαξ θωπεύων, οὔτε συκοφάντης φοβῶν, οὐ δῆμος παροξυνθεὶς, οὐκ ἐκκλησιαστὴς ψηφοφορήσας; οὐ τύραννος ἐπιβουλεύσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν. ἐῤῥωμένος τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων, τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος οὐδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν, ἱκανὰ καὶ διαρκῆ ἔχω τὰ ἄλφιτα παρὰ τῆς δικέλλης. ὥστε παλίνδρομος ἄπιθι ὦ Ἑρμῆ, τὸν Πλοῦτον ἀπαγαγὼν τῷ Διΐ. ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἦν, πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιῆσαι. Ἑρμ. μηδαμῶς ὦ 'γαθέ. οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς οἰμωγήν. ἀλλ' ἔα τὰ ὀργίλα ταῦτα, καὶ μειρακιώδη, καὶ τὸν Πλοῦτον παράλαβε. οὔτε ἀπόβλητά εἰσι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. Πλοῦτ. βούλει ὦ Τίμων δικαιολογήσομαι πρὸς σε, ἢ χαλεπαίνεις μοι λέγοντι; Τιμ. λέγε, μὴ μακρὰ μέν τοι, μὴ δὲ μετὰ προοιμίων, ὥσπερ οἱ ἐπίτριπτοι ῥήτορες, ἀνέξομαι γὰρ σε ὀλίγα λέγοντα, διὰ τὸν Ἑρμῆν τουτονί. Πλοῦτ. ἐχρῆν μέν τοι ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν οὕτω πολλὰ ὑπὸ σου κατηγορηθέντα.

ὅμως

ipſo penderet, demonſtrans quænam eſſent opes veræ meæ, nempe quas neque adulator aſſentans, neque ſycophanta minitans, neque plebs irritata, neque concionator ſuffragiorum autor, neque tyrannus intentus inſidiis queat eripere. Itaq; jam validus effectus ob laborem, dum hunc agellum graviter exerceo, neque quicquam eorum quæ ſunt in civitate malorum aſpicio, abundè magnum & ſufficientem victum mihi ligo ſuppeditat. Quare tu, Mercuri, quam veniſti viam remetiens, recurre, unà tecum Plutum adducens ad Jovem. Illud mihi ſat fuerit, ſi effecerit, ut omnes mortales ab ineunte ætate ejulent. MERCURIUS. Neguaquam ô bone, neque enim omnes ad ejulandum ſunt commodi. Quin tu iracunda puerilíaque iſta miſſa face, ac Plutum excipe, non ſunt rejicienda munera, quæ à Jove proficiſcuntur. PLUTUS. Vin' Timon ut contra te partes defendam meas, an graviter feres ſi quid dixero? TIMON. Dicito, ne multis tamen, neque cum procemiis, quemadmodum perditiſſimi iſti ſolent Oratores. Suſtinebo enim te hujus Mercurii gratia paucis dicentem. PLUT. Atqui multis mihi potius erat dicendum, tot nominibus abs te accuſato.

ὅμως δὲ ὅρα, εἴ τι σε ὡς φῂς, ἠδίκηκα, ὃς τῶν μὲν ἡδίστων ἁπάντων αἴτιος σοι κατέστην, τιμῆς καὶ προεδρίας, καὶ στεφάνων, καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς. περίβλεπτος δέ τοι καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἦσθα, καὶ περισπούδαστος. εἰ δέ τι χαλεπὸν ἐκ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιος ἐγώ σοι, μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἠδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι με οὕτως ἀτίμως ὑπέβαλλες ἀνδράσι καταράτοις, ἐπαινοῦσι, καὶ καταγοητεύουσι, καὶ πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι. καὶ τό γε τελευταῖον ἔφησθα, ὡς προδέδωκά σε, τοὐναντίον δὲ αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας. τοιγαροῦν ἀντὶ μαλακῆς χλαμύδος, ταύτην τὴν διφθέραν ἡ τιμιωτάτη σοι Πενία περιτέθεικεν. ὥστε μάρτυς ὁ Ἑρμῆς οὑτοσί, πῶς ἱκέτευον τὸν Δία μηκέθ' ἥκειν παρά σε, οὕτω δυσμενῶς μοι προσενηνεγμένον. Ἑρμ. ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς ὦ Πλοῦτε, οἷος ἤδη γεγένηται; ὥστε θαρρῶν ξυνδιάτριβε αὐτῷ. καὶ σὺ μὲν σκάπτε, ὡς ἔχεις. σὺ δὲ τὸν θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ. ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντι.

Attamē vide, num qua in re te quemadmodum ais, læserim? qui quidem dulcissimarum quarumcunque rerum tibi extiterim autor, opifexque autoritatis, primarii loci, coronarum, aliarum item voluptatum, mea opera conspicuus eras, celebris & observandus. Cæterùm si quid molesti ab adulatoribus accidit, non mihi potes imputare, quin ipse magis abs te sum affectus contumelia, propterea quod me tam ignominiosè viris illis execrandis suppeditaris, qui te mirabantur, ac præstigiis dementabant, mihíque modis omnibus insidias struebant. Porrò quod extremo loco dixisti, te à me proditum, desertumq; fuisse, istud criminis in te possum retorquere, cùm ipse sim modis omnibus à te rejectus, præcepsque exactus ex ædibus. Unde pro molli chlamyde sagum pelliceum istud charissima tibi paupertas circumposuit. Itaque testis est mihi hic Mercurius, quantopere Jovem oraverim, ne ad te venirem, adeò hostiliter mihi adversatum. MERCURIUS. At nunc vides Plute, in cujusmodi hominem sit commutatus. Proinde audacter cum illo consuetudinem junge. Tu verò fode ita, ut facis. Tu interim thesaurum sub ligonem adducito. Audiet enim si tu accersiveris.

τί σοι. Τίμ. πειστέον ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο; πλὴν ὅρα γε, εἰς οἷά με πράγματα ἐμβαλεῖς τὸν κακοδαίμονα, ὃς ἄχρι νῦν εὐδαιμονέστατα διάγων, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας, καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι. Ερμ. ὑπόστηθι ὦ Τίμων δι᾿ ἐμὲ, καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο, καὶ οὐκ οἰστόν ἐστιν, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ φθόνου, ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν αἴτνην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι. Πλ. ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ. τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν, σὺ δὲ αὐτοῦ περίμενε. ἀναπέμψω γάρ σοι τὸν θησαυρὸν ἀπελθὼν, μᾶλλον δὲ παῖε. σέ φημι θησαυρὲ χρυσοῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τούτῳ, καὶ παράσχε σεαυτὸν ἀνελέσθαι. σκάπτε ὦ Τίμων βαθείας καταφέρων, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. Τίμ. ἄγε δὴ ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίῤῥωσον σεαυτὴν καὶ μὴ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι κορύβαντες, καὶ Ερμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον ἤπου ὄναρ ταῦτα ἐστι; δέδια γοῦν, μὴ ἄνθρακας εὕρω ἀνεγρόμενος. ἀλλὰ μὴν χρυσίον ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυ-

TIMON. Parendum est Mercuri, rursusque ditescendum. Quid enim facias cùm dii compellant? tamen vide, in quas turbas me miserum conjicias, qui quidem cùm ad hunc usque diem felicissimè vixerim, tantum auri repentè sum accepturus, nihil commeritus mali, tantumque curarum suscepturus. MERCURIUS. Sustine Timon, mea gratia, tametsi grave est istuc, atque intolerandum, quo videlicet palpones illi præ invidia rumpantur. Ego porrò superata Ætna in cœlum revolavero. PLUTUS. Abiit ille quidem, sicut apparet, nam ex alarum remigio facio conjecturam. Tu verò hîc opperire, siquidem digressus thesaurum ad te transmittam, sed feri fortius: tibi loquor auri Thesaure, Timoni huic audiens esto, offérque temet eruendum. Fode Timon, altius impingens. Cæterùm ego à vobis digredior. TIMON. Age jam, ô ligo, nunc mihi tuas vires explica, neque defatigare, dum ex abdito Thesaurum in apertum evocaris. Hem prodigiorum autor Jupiter, amici Corybantes, ac lucrifer Mercuri, undenam auri tantum? Num somnium hoc est? Metuo ne carbones reperturus sim experrectus. Atqui aurũ profectò est insigne,

 fulvum,

ὑπέρυθρον, βαρὺ, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερήδιστον. ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς. αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν. ἐλθὲ ὦ φίλτατε καὶ ἐρασμιώτατε, ὦ Μίδα καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα. ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε πρὸς Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ᾧ γε οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος. ὦ δίκελλα καὶ φιλτάτη διφθέρα. ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν. αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι, τὸν αὐτὸν καὶ τάφον ἀποθανὼν ἕξειν μοι δοκῶ. δεδόχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας καὶ ἀγνωσία καὶ ὑπεροψία. φίλος δὲ ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ ἐλέου βωμὸς, ὕθλος πολὺς, καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ, παρανομία καὶ κατάλυσις τῶν ἐθῶν. μονήρης δὲ ἡ δίαιτα, καθάπερ τοῖς λύκοις, καὶ φίλος εἷς Τίμων, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ καὶ ἐπίβουλοι, καὶ τὸ προσομιλῆσαι τινι αὐτῶν μίασμα. καὶ εἴ τινα ἴδω μόνον, ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα, καὶ ὅλως ἀνδριάντων λιθί-

fulvum, grave, & aſpectu multò jucundiſſimũ, Pulcherrima Aurum fauſtitasmortalibus. Quippe quòd ignis in morem ardes, noctesque & dies renides. Ades ô mihi chariſſimum & deſideratiſſimum, ô Mida, Crœſeque, ac munera Delphico in templo dicata, ut nihil eratis, ſi cum Timone, cúmque Timonis opibus conferamini, cui ne Perſarum quidem rex par eſt. ô ligo, ſagum chariſſimum, vos quidem Pani huic reponere commodum. At ego quàm maximè ſemotum mercatus agrum, turriculáque ſervandi auri gratia conſtructa, uni, mihi affatim vixero, ſepulchrum item inibi mihi defuncto, parare eſt ſententia. Hæc igitur decreta ſunto, placitáque in reliquum vitæ ſejunctio, ignorantia, faſtidium erga mortales omnes. Porrò amicus, hoſpes, ſodalis, aut ara miſericordiæ meræ nugæ. Tum commiſerari lachrymantem, ſuppeditare egentibus, iniquitas, ac morum ſubverſio: at vita ſolitaria mihi ſit, qualis eſt lupis: vnus ſibi amicus Timon, cæteri omnes hoſtes, & inſidiarum machinatores. Cum horum quopiam congredi, piaculum, adeò ut ſi quem aſpexero duntaxat, inauſpicatus ſit ille dies. In ſumma, non alio nobis habeātur loco quàm ſigna

